errozis: qz ſm iſtos ſol eſt de ſingularibus: ſicut elion aut ſocrates: quoniam ſi non ſunt idee ſingulares tunc queramus ab eis: quare nullus tantum auſert ideet: q̄ neq; habeat naturā quandā cōmunē diffinibilē: ſi enim ħ fieret ab aliquo ipſoꝝ profecto manifeſtū fieret ei q̄ ħ eſt verū q̄ nunc a nobis dictuz eſt: q̄ vꝫ ſingulare vt ſingulare nō eſt diffinibile. Adhuc autē alia cauſa fuit eis errozis qz nō diſcernere ſciuerunt inter ea q̄ concepta ſunt cuz materia ꝛ non intelliguntur ſine ea ꝛ inter ea que cū materia concepta non ſunt: manifeſtuz eſt enī q̄ ſubſtantiarū que eſtimātur eſſe ſeparate plurume ſūt poteſtate: ꝛ educuntur de materia concepte cū ipſa nec diffiniuntur ſine intellectu materie ſicut eſt animal ꝛ ip ſe animaluꝫ partes quarū nulla habet rationē ſeparataz ſed potius ſeparate ab eis quoꝝ ſunt partes: ꝛ nomen amittunt ꝛ rationē: niſi dicantur equiuoce ꝛ quando ſe parātur non remanet niſi materia: in quā reſoluunt̄ que eſt ſicut terra ꝛ ignis ꝛ aer: nihil enī iſtoꝝ eſt vnuz in ſe diſtinctū ꝛ ſeparatū ſed vt coaceruatio ſunt ſiue cōpoſi ta cū ſuis totis integris: ꝛ ideo nec nomen habent in ge neratione nec eſſe ſeparatū aliquod q̄ in potentia exi/ ſtentia antēq̄ manifeſtantur educta ad actum ꝛ fiat per generationē aliquid ex eis vnū per formā cum materia conceptaz: ꝛ non eſſe ſeparatū habentē: maxime autez ſit cauſa errozis: ſiquis ſuſcipiat per conſiderationē par tes quoꝝdā animatoruz ꝛ ea que ſunt anime ꝛ talium animatoꝝ partiū: ꝛ q̄ conſideret q̄ ambe partes diui/ ſe ꝓpinque fiant entes ꝛ poteſtate endelechia ſiue actu ꝛ hoc eſt: ſicut in ſcientia animalium determinauimus: q̄ ea que ſunt ſimiliū partiū: ꝛ viſcoſi humoris quan/ do ſunt viuum actu ꝛ motiuū poteſtate ſunt duo ꝛ fiūt actu duo quando diuiduntur ꝛ tunc vtraq; pars viuit ꝛ mouetur ꝛ putabant iſti q̄ non viuerēt partes anima cōiuncta corpori cū corpore inciſo deſtruatur talis ani ma: ſed q̄ viuerent ꝛ mouerētur anima ſeparata q̄ue eſt numerus ſeipſum mouens: quia dicebant q̄ partes di uiſe ab aliquo habent principia ſui motus ꝛ hoc eſt ma xime in animalibus curuis: ſiue rugoſis: ħ enim de cau ſa quedam animalia diuiſa viuunt: horū autē cauſa a no bis in ſciētia animaliū ſufficienter determinata ē: attamē quantuz ad preſentem ſufficit intentionē eſt q̄ ħ omnia q̄ poteſtate ſunt diuiſa quando etiam ipſum animal eſt vnum natura ꝛ continuitate ſm actum ꝛ ideo ſeparata anima non eſt eis cauſa vite ꝛ motus quando diuidun/ tur: In copulatione tamen quando colliguntur par/ tes diuiſe non conualeſcunt: quia talis diuiſio eſt eis le ſio organoꝝ in quibus ſunt opera vite: que ſunt cibum acciperere ꝛ digererе ꝛ huiuſmodi ꝛ cū in omni animali motus ꝛ ſenſus fluat ex vno ꝛ referatur ad vnuz: talis ordo ad vnū leditur in diuiſione. Das igitur ſui errozis cauſas acceperunt.

Cap. vj. q̄ ens ꝛ vnū ꝛ principiū ꝛ cauſa ꝛ elemen/ tum non ſunt ſubſtantie exiſtentiū.

Quoniā vero vnū dicit eſſe ens: ꝛ ſuba vni⁹ q vna eſt eoꝝ quoꝝ ſuba formalis eſt vna nu mero: que cū concepta materia conſtituit ens ſicut patet ex p̄dictis palā eſt qz nec vnuz nec ens vni/ verſaliſſima prima ꝓtingit eē ſubaz ꝓſtitutaꝫ rex in eē ſicut ēt ħ ipſo q̄ dico elementū principiū ꝛ vlīa ſūt ſube rez ꝛ huius ſignū eſt quia reddito noie cōi de principio ſube exiſtētiū querimus adhuc: qō ſit principiū rerū de terminatū vt trāſeram⁹ ad notius determinatū ꝛ par ticulatū: ꝛ ħ habēteꝫ quieſcimus ſcientes ħ eſſe princi piū: tamen eoꝝ que ſunt ſube ꝓprie deſignate magis eſt principiū ens ꝛ vnū que indiſtincta ſunt ab ipſis for mis earū q̄ principiū ꝛ cauſa ꝛ elementum que dicunt quaſdā cōditiones conſequētis vel accidentales eis ꝛ cum ens ꝛ vnū vlīa nō ſint ſenſibiliuz principia multo minus eoꝝ ſunt principia principiū ꝛ cauſa ꝛ elemētū nihil enī cōmuniū ſm eſſe cōis eſt ſuba ſenſibiliuz: ꝛ ħ cauſa eſt qz ſuba nulli ineſt niſi ſibi ipſi: ħ ad nihil dicit niſi ad ſe abſolute: ꝛ ineſt habenti eaz compoſito dico aūt ſubam cā: que eſt cauſa eſſe que eſt forma. Amp. cū vnū multipliciter dicatur: non poteſt eſſe q̄ ſimul ꝓz multiplicitatē illā totā ſit in vno cuius dicitur eſſe ſuba Conſtat autē q̄ vnū cōmune multipliciter dictū eſt cō/ mune igit̄ ſube nō eſt propter qō manifeſtū ē ex dictis q̄ nullū vl̄e ſeparatū exiſtit p̄ter ſingularia ꝓz eſſe ſin/ gularium predicatum de eis.

Cap. vij. in quo recte ꝛ in quo nō recte dixerunt po/ nentes formas.

Illi tamen qui ponunt ſpecies eſſe ſeparatas: i vno quidē modo dicūt recte: ꝛ alio modo dī/ cūt nō recte. In ħ enī dicunt recte q̄ qñ cōſen ſerunt q̄ ſunt ſubſtantie per ſe exiſtentes q̄ ſeparārunt eas: quia tales ſubſtantie habent eſſe ſeparatū ſed in ħ: non recte dicunt q̄ dixerunt vnā ſeparatā numero ſub/ ſtantiā ꝓ eēntiā i multis eſſe ſpecie: nō enī pōt vnū nūe ro eſſe per eſſentiaz in multis numero: cauſaz vero bu ius poſitionis acceperunt quia propter ignorantiā ſuaz non habent reddere que ſunt incorruptibiles ſubſtātie ꝛ forme que ſunt preter ſingulares ꝛ ſenſibiles: hac enī de cauſa ideas dicunt eſſe eaſdem ſpecie cum corrupti/ bilibus: qz ſicut dicunt iſtas corruptibiles ſcimus quan do per ſe hominem ſeparatum ꝛ per ſe equum ſepa/ ratum addimus ſenſibilibus: ſm idem verbum ſiue nomen ꝛ rationem ſicut exemplar ꝛ imago ſunt eiuſ/ dem nominis: ꝛ rationis: ꝛ ſcitur imago per tropicuz eius: qui eſt exemplar: huius autem dicunt eſſe ſignum quia quamuis ſenſu viſus non percipimus aſtra: tamen exiſtimo nulluz dubitare q̄ non ꝓpter ħ minus exiſtūt aſtra eiuſdem ſubſtantie per quas nunc iocundamur in pulchritudine celi contemplata. A ſimili ergo quāuis nunc non haberemus iſta que ſunt ſenſibilia tamen for ſan eſſet neceſſariū eſſe iſta ſm incorruptibilē ſubſtan/ tiā qua ſciuntur ꝛ ſunt apud intellectum: ſed ratione ea dem contra eos poſſumus vti. Si enim ulla ſenſibi/ lia nō habēt eſſe per intelligibilia ſeparata quibus ſciū tur que quidē non ſeparata ſunt niſi in intellectu ꝛ cum in intellectu non ſint ſeparata non ſunt: ꝛ cum ſeparata non ſunt tunc ſimpliciter non ſunt: ſicut iſti dicunt a pri mo arguendo ſequitur ad vltimum q̄ ſi intellecta non ſunt: quod ſimpliciter non ſunt: ꝛ ſic entia nō ſunt in na turis ſuis ꝛ principȳs: ſed potius ab intellectu eſſe acci piunt: ſed contra ħ eſt: q̄ ſi ſubſtantia rei per quam res eſt id quod eſt ab intellectu eſt tunc multo magis ſenſi/ bile non eſt niſi quando in ſenſu eſt ꝛ hoc abſurduz eſt quia aſtra ſunt quāuis non videantur: ꝛ ſimiliter ſenſi/ bilia alia quāuis non ſentiantur. Hanc enim opinionē ſupra in. 3. huius ſapientie libro deſtruximus: ꝛ oſten/ dimus ens non relative dici ad intellectum vel ſenſum ſed potius econuerſo: iſti tamen maxime innitebantur iſti rationi quā paulo ante dixim⁹ q̄ videlicet ſimile ſit a ſimili: ꝛ propter ħ primum ſimile oportet eſſe pri/ mum generans non generatum: ꝛ quia eſt non genera/ tum eſt etiam incorruptum: ꝛ ſic eſt ſempiternum: vnde dixerunt illas eſſe veras formas: ſenſibilia autem dixe rūt nō habere formas ſz formaꝫ imagines. Ex oib⁹ igit̄ ĩductis manifeſtū eſt q̄ nihil vniuerſalium ſm eſſe vl̄e eſt ſuba ꝛ q̄ non eſt aliqua ſuba ex non ſubīs: ꝛ ideo non eſt

ideo non est ex vniuersalibus: plato aūt ꝛ quidā pytha
goricoꝝ: q; vniuersalia dicebāt esse pncipia ꝛ subarū
singularū: ꝛ sciētie dicebant illa semp esse in intellectu
agēte ꝛ possibili ꝛ iō discere ꝑz ipos nō est nisi imemo
res recordari. Cū aūt h̄ oñsuz sit vlia non esse subam
sed esse substantiale abstractum a rebus sequitur intelli
gibilia semp fieri in aia ꝛ sic possibilis itellect⁹ sit itelle
ct⁹ i effectu ꝛ h̄ ē nō recordari imemores ꝑz ō nouo scie
tiā accipere: qualiter aūt intellectus agens semp agat ꝛ
intelligat: alibi a nobis determinatū est.

Cap. vij. de intellectu quidditatis ꝛ sube vera deter
minatiōe p questionē quare siue propter quid.

Omnibus aūt istis opinionib⁹ improbatis fa
o ciemus aliud istius inqsitiōis pncipiū: ꝛ fm
veritatē philpathetice opinionis dicemus ꝛ
quid ꝛ quale q̄d oportet dicere subam q̄ est quidditas
quā supius esse subam diximus sensibiliū ꝛ singulariū
forsan eni ex quidditatib⁹ sensibiliū subaꝝ palam erit
etiā de illa suba q̄ fm esse separata ē a sensibilib⁹ subīs:
q̄ est forma prima ꝛ ois sube cā prima ꝛ vera quā nos
in sequētib⁹ oñdemus esse lumen intellectuū agētiū se
paratoꝝ cuius etiā i prehabitis iā aliquā mētionē feci
mus: incipiamus igit dicētes q ꝑ certo sube sensibilis
cōposite q̄ h̄ aliq̄d ē: aliq̄ō ē pncipiū ꝛ quedā cā q̄ est
q̄ddītas ipsius ꝛ lz hāc superius oñdimus p diffinitio
nē: tū adhuc vt certior sit doctrina: manifestabim⁹ ean
dē ꝑ naturalē de qualibet re questionē: ꝛ h̄ ambe mani
festatiōes sūt logice hinc igit manifestū erit tales ſ bas
habere quādā subam pncipiū ꝛ causam: semp eni per
questiōez quare q̄rit sic q intēdit pncipiū ꝛ cā: querit
eni ꝑ quare sic vt querat quare aliud q est predicatum
alīq q alicui q est subm insit ꝛ illud p̄dicatū essentia
le fm id qō est cā est ꝛ pncipiū subi: cū eni querit per
quare tūc querit sicut si dicamus q querit quare musi
cus homo: musicus homo est: ꝛ h̄ no est querere quare
idē de se dicit ſz potius hoc est dictū querere quare ho
mo musicus est aut quare ē aliq̄d aliud q p̄dicat de ip
so si aliud querit de hoie: nō eni facim⁹ h̄ vim aliquā si
plures interrogatiōes fiāt vt vna: nō aūt pīngit quere
re qōnē quare siue ꝓpter q̄d quare penitus idē est id ip
sū sibi q illius nulla cā est vel pncipiū ſz de vno sim
plici pōt queri questio q̄d est. In qōne eni ꝓpter q̄d si
ue quare oportet qōnem manifestaz esse quia est ꝛ q
ipsum hz esse ꝛ h̄ ideo est: q; questio q; ꝛ questio pro
pter q̄d sūt circa idē q; vñ insit aliq̄d: ꝛ ꝓpter q̄d insit
de eodē sūt. Dico aūt explicādo: vt si dicamus q; lu
na patit eclipsim: ꝛ qñ hoc manifestū est: tūc querimus
quare patit eclipsim volētes scire pncipiū essentiale
istius passiōis: eiusdē vero q; idē vna ꝛ simplex est subi
rō nec intercidit aliqua causa quare idez sibi insit vnde
vna est rō ꝛ vna cā in oīb⁹ talib⁹ vt quare hō est hō ꝛ
quare musicus hō ē musicus hō: vnde in q̄busc̄uq; nul
la est diuersitas inter predicatū ꝛ subm nō pōt queri ꝓ
pter q̄d siue quare: ꝛ h̄ est in primo simplici q idē pen
tus est cū oi eo q hz: forte aūt aliq̄s ad ista istādo dicet
q singulū eoꝝ q̄ sūt indiuisibile est siue indiuisuz ad se
ipsum. Indiuisum aūt est vnū ꝛ idē esse fm ea q̄ in q̄n
to determinata sūt ꝛ sic de nullo pōt fieri qō ꝑ quare siue
ꝓpter q̄d: ſz ad h̄ rndem⁹ q q̄uis quodlibet existētiuz
sit in se vnū fm numeꝝ ꝛ subm tī est aliq̄d cōe de om
nib⁹ p̄dicatū ꝛ h̄ est fm veritatē ꝓueniēs eis ꝛ de h̄ po
test queri ꝑ quare q; h̄ iam ineſt subo. Queret aūt eti
am nō mō de accidēte q ineſt subo: ſz ēt de forma sub
stātiali: ꝛ recte querit q̄rēs: quare hō est aīal tale: lz. n.
iā oudū dixerimus: q in talib⁹ q̄ sūt in prio mō dicēdi p
se p̄dicatū p itellectū nō possit separi a subo: ꝛ ideo nō
intercidat cā ꝑ quā tale predicatū de subo possit demō
strari: tū q; cū dicit ō subo diuersis mōis pōt dici de ip
so: h̄ aūt planū ē ex h̄ q cū talia sint subiecta qualia pmi
serint predicata cū dicit hō est aīal stat hō ꝑ nā multi
plicata p indiuidua: q; illis ꝓuenit esse aīal ꝛ quo ad h̄
actu aīal includit ꝑ intellectū i hoie: tū q; bene dicitur
homo est animal ꝛ homo est rationale: licet non bene
dicatur sic homo est animal ꝛ rationale ꝛ iō significa
tur animal potentia esse sine rationali: ꝛ hoc modo di
uersum est ab homine: ꝛ quo ad ambitum huius poten
tie querit cū dicit quare hō est aīal ꝛ ambitus hui⁹ po
tētie ipedit ꝓuersionē ꝓsequētie cū dicit si hō ē animal
est ꝛ nō ꝓuertit: h̄ aūt q est idē de se penitus nō querit
ꝛ h̄ palā est ex dictis: vnde animal nō est oīno hoi idez
iam eni nō querit quare illud existit. In oībus aūt in
quibus quare querit oportet esse manifestū q; existunt
ꝛ sunt: nā si h̄ non sit ita: tūc penitus nihil querit quare
sit sicut querimus quare ē tonitruū relinquētes esse ma
nifestū q; est sonitus in nubibus nisi eni hūc esse scire
mus nō quereremus pncipiū ꝛ causam huius soni sic
eni semp aliud de alio est quesitū. Cū querit quare h̄
est sicut cū querimus dicētes quare cemētuz ꝛ lapides
sunt domus palam enim est q; sic querens querit pncipiū ꝛ causam q̄ est ipsa quidditas domus sic ex mate
ria facte: hui⁹ aūt causa quā querit ē q̄d erat esse dom⁹
in illa materia sic eni logice loquēdo declarat quiddi
tas in quibusdā aūt ꝑ propter q̄d ꝛ quare querit pncī
pium q est cuius causa ꝛ h̄ est finis vt forsan in domo
aut scāno in quib⁹ determinatus attēdit finis vltimus si
cut iā oudū determinatū ē in libris antehabitis: in qui
busdā vo hac eadē questione querit quid mouit primū
q est causa mouens: h̄ eni etiā est vna de nūero causaꝝ
ꝓpter quā etiā res sit. Sed causa mouēs in fieri querit
ꝛ corrūpi factoꝝ ꝛ corruptoꝝ. Altera aūt causa que
est forma ꝛ quidditas: queritur in esse rei cuilibet quesi
tū aūt ꝑ causam ꝓpter quid siue quare obliuiscit: ꝛ la
tet: maxime in his que nō dicunt fm nature diuersitatē
adinuicē ꝛ h̄ est in substātiis fm primū modū dicēdi ꝑ
se dictis vel idē cōpositū de se dicit ac si ipsum penitus
est simpliciter: ꝛ h̄ causa est simpliciter dici talia q; non
ita deprehendit diuersitas in his que vnius nature sūt
sicut in his que sunt nature diuerse q; ea que vnius na
ture sunt ꝺdicata ꝛ subcta sunt idē actu ꝛ duo potentia
ꝛ ideo fm q sunt idē predicatū nō ponit in nūerū cū su
biecto. In subo aūt ꝛ actidēte sunt duo actu q; subm
ponit in numerū cū predicato: ꝛ ideo in his min⁹ latet
ꝛ hmōi obliuio est sicut cū homo quid est h̄ quando ꝑ
quare queritur de quidditate hominis: ꝛ nō querit diſ
finite quare homo est h̄ aut h̄ qō vt diuersuz predicat
de ipso: sed in talibus oportet nos querere tāgētes que
stionē ostendendo aliquā fm potentiā predicari ad su
biectū diuersitatē. Si aūt ad subm aliq̄ō nihil sit com
mune sicut est in primis simplicibus: tunc nihil est que
rere: cū quedā sic ꝑ quare querunt quia illa sunt simpli
cia ꝛ cām non habent: quoniam fm dicta oportet talia
subiecta habere aliq̄d essentiale cōmune ꝛ existē fz ē
illa. Palam quia querens per quare querit materiam
ꝛ naturā huius q existit sic fm naturaz sicut queramus
dicentes: quare est h̄ domus dicemus respondētes ma
teriaz dicendo quia h̄ existunt ex quibus est ꝛ sic quid
erat esse domū materie adiungimus. Et si queramus
q̄re est h̄ hō. Dicemus māz cū forma q; ē ex tali coꝛ
pore talis figure ꝛ talis cōplexiōis: ꝑ q̄re igit q̄rit cau
sa materie p quā ē i actu hui⁹ ē aūt spēs siue fōza cui inē

esse quid: ⁊ hec species: ⁊ forma est ipsa rei substantia Ex dictis aũt palã est qz in vere simplicib⁹ ⁊ primis nõ est aliqua questio p quare nec doctrina demonstratiõis est in talib⁹ sz diuersus est modus questionis taliũ.

Cap.nonum de probatiõe q⁹ in omni cõposito aliqd est forma substãtialis pter cõponẽtia.

n Unc autẽ infine hui⁹ disputationis de suba q̃ est qd̃ditas dicimus: q⁹ omne qõ est cõpositus ex aliquo si vere cõpoĩt sic compoĩt vt oẽ fiat vnũ ita q⁹ vere sit vnũ: in quinto aũt dedimus differentiã inter totũ ⁊ omne: h aũt loqmur de vnitate vniuersi q̃ magis est forme ⁊ qualitatis q̃ quantitatis: vnitas aũt qua cõpositũ q⁹ natura cõponit fit vnũ nõ ẽ vnitas coaceruatiõis sicut est in aceruo granor⁹ ⁊ lapidum: sed est vera vnitas qua quidditas: ⁊ ipsum q⁹ quid dicitur est vnũ ⁊ nõ multa sicut superius in h eodẽ li. est ostensum: h aũt vnitas est sicut syllaba est vna vel dictio vna q̃ cõponit ex duob⁹ sonis: ⁊ syllaba quidẽ nõ ẽ ipa elemẽta materialia i ea: si enĩ dicaz ba. syllaba ipsa nõ ẽ id ip̃m. b. ⁊ id ip̃m a nec caro est ignis ⁊ terra que sũt materia ipsius qz cũ illa sint multa actu: nõ est vnũ ab illis sz ab aliqua vnitate q̃ est alia ab ipsis. Hui⁹ aũt signuz est: qz dissoluta syllaba ⁊ carne sũt ⁊ manẽt illa ex q̃bus sũt ⁊ cũ sic manẽt nõ sunt in actu caro ⁊ in actu syllaba si aũt syllaba ⁊ caro nihil esset preter ea: oporteret etiã q⁹ post dissolutiõez factã in ista essent caro ⁊ syllaba: cõiunctio enĩ ⁊ separatio ĩtor⁹ nõ inducit essentie varietatẽ: ⁊ si ista essent syllaba ⁊ caro ꝓiuncta etiã post dissolutionẽ eẽnt idẽ sicut patet in aceruo lapidũ q̃ post separationẽ est lapides: sicut in ipsa coacervatiõe eo q⁹ aceruus nõ dicit nisi vnitatẽ collectiuã: ⁊ nos de illa nõ loquimur sz de vnitate nature qua vere est vnũ cõpositũ multi tñ q̃ formã nihil eẽt dixerũt vnitatẽ nature nõ dixerunt esse nisi coaceruationis. Dicimus igit q⁹ illa ad q̃ fit resolutio cõpositi sũt elementa vt ignis ⁊ terra oportet igit q⁹ aliqd sit syllaba: nõ solũ elemẽta cõposita vocale ⁊ ꝓsonãs: sed diuersum ab illis: q⁹ est ratio ⁊ forma cõpositi ⁊ similiter caro nõ est solũ terra ⁊ ignis aut calidũ ⁊ frigidũ alĩata ab excellẽtijs ad mediuz: sz est diuersum q⁹ est qd̃ ⁊ speciei eius fm q⁹ ipsa est caro fm actũ sz enĩ mixta alterent adinuicẽ: ⁊ ad mediũ veniãt: tũ ex hoc nõ habẽt formas subales: qz forme substãtiales nõ miscẽtur cũ sint simplices: sed ipsa mixtio fm rationẽ sue ꝓportiõis qua miscent forma q̃ est act⁹ materie efficiunt ꝓpriũ subiectũ: sz tñ ipa mixtio nõ est forma subalis: cũ enĩ ois mixtio q̃ fm ꝓportionez ẽ: ⁊ ꝑcipue fm ꝓportiõez geometrice medietatis sit ad aliqd ⁊ illud ad qõ est siue ꝓpter q⁹ nõ sit aliqua pars materialis mixtor⁹ qz aliter eẽt idẽ ꝓpter seipsum oportet q⁹ mixtio corpor⁹ nãlium sit ꝓpter aliqd ⁊ hoc ẽ forma.

Amp.aliqd est q⁹ vnit mixta: ⁊ si qs dicat q⁹ h ẽ act⁹ medij h esse nõ pot qz ille nõ est nisi alterationis extremor⁹: fm q⁹ mediũ est nos aũt iferius oñdemus: q⁹ forma subalis accidẽs nõ est: Si aũt qs dicat q⁹ mediũ est q⁹ educit de extremor⁹ mixtiõe q̃si de potẽtia ad actuz ⁊ nõ ẽ de natura extremor⁹: ⁊ ex hoc sequit nostra intẽtio q⁹ vz forma spalis q̃ nullũ mixtor⁹ est: nec oia simul sic educta de potẽtia vl suba ad actũ ⁊ sit vnitas ꝓpositi nãlis qz sicut in ante habitis diximus h est in potẽtia in materia ꝓxima ⁊ designatio illius potentie est gen⁹ ꝓximũ ⁊ in potentia remota est in mã remota ⁊ designatio illi⁹ potẽtie ẽ gen⁹ remotũ: ⁊ sic semp egredit act⁹ de potẽtia: eo q⁹ oẽs differẽtie in ambitu alicuius generis ꝓtinent ⁊ educunt de illo: ⁊ ideo cũ ꝓducũt in esse res nõ fit forma ex nihilo ⁊ cũ resoluunt entia nõ cedit forma in nõ esse. Hec aũt forma generis q̃ inchoatio formarũ est intrinsecũ mouẽs est ad generationẽ naturalẽ quãdo excitat ⁊ cõualescere incipit p motũ efficiẽtis q̃ est in actu pfecto. Ex dictis igit ꝓstat q⁹ omne cõpositũ est quid aliud a suis cõponentib⁹: h aũt quid aliud a cõponẽtib⁹ elemẽtis forte diceret aliqs esse aut elemẽtum aut ex elemẽtis ⁊ sic subam compositi: nõ esse nisi materiã: h aũt sic ip̃robat: si enĩ h est elemẽtũ itez eadẽ ratio ẽ de isto sicut de alijs qz videlicet caro in h ⁊ alia resoluit ⁊ sunt nõ caro: ex his aũt que sunt nõ caro non fit caro nisi aliquo alio addito: q⁹ facit carnẽ esse carnẽ igit oz illis iterũ addi: addat igit sextũ elemẽtũ illis: h itez p⁹ resolutionẽ ⁊ ante generationẽ carnis sũt nõ caro: itez igit ñ fit ex illis caro nisi aliq̃ alio addito: ⁊ tũc itez quero si h sit elemẽtũ: ⁊ hoc modo ꝓcedã in infinitũ addẽdo ex h enĩ ⁊ igne ⁊ terra ⁊ alijs oibus elemẽtis: ⁊ amp. alio q⁹ est preter ea additũ eis caro erit ergo illud sic ꝓcedẽdo vadit in infinitũ: ⁊ si dicat q⁹ ẽ ex elemẽtis illud additũ: tũc nõ est ex vno elemẽto: sz ex pluribus nihil enĩ est ex vno cõpositũ: h igit aut illud idem erit ꝓpositũ ex elemẽtis: ex eo q⁹ ex ipso sic cõposito ex elemẽtis cõponit aut erit aliud ⁊ posq⁹ ip̃m est p cõpositionẽ: tñc cũ elemẽtis componit aliud q⁹ est ex ipso ⁊ quocũq⁹ hor⁹ duor⁹ modor⁹ dicat in ipso eandez dixi mus rationẽ quã diximus d̃ carne ⁊ syllaba: h enĩ resoluit in cõponẽtia q̃ sunt nõ illud igit non fit ex ipsis nisi quodã addito: ⁊ sic idẽ sequit q⁹ prius: si aũt qs dicat q⁹ dato q⁹ cõpositũ est ex forma ⁊ materialib⁹: idẽ sequit sic sit. n. ꝓpositũ ex. a. ⁊. b. ⁊. c. materialib⁹ ⁊. d. sicut forma ⁊ sit ꝓpositũ totũ. e. dico igit. e. totũ cõpositũ est ex a. b. c. ⁊. d. ergo resoluit in illa: illa autẽ nõ sũt. c. ergo. e. nõ fit ex illis nisi aliquo addito sit illud. f. Iterũ ꝓcedo sicut prius. e. enĩ resoluit in. a. b. c. d. f. q̃ nec oia nec singula sunt. e. E. igit nõ fit ex ipsis nisi aliq̃ addito ⁊ h ꝓcedit in infinitũ sicut prius: videt igit nõ ꝓcludere ratio inducta. Ad hec aũt respondentes dicimus q⁹ ratio inducta de necessitate concludit sz cũ additũ sit elemẽtis. forma dans esse cõpositũ nõ resoluit in formam ⁊ materialia manẽtia qz forma nõ manet nisi fm potentiam sicut diximus ante ⁊ ideo postea ex ipa ⁊ illis materialib⁹ ⁊ alio addito nõ fit vnũ sz potius formam de materia educit generans ⁊ ipsa dat esse ⁊ nomẽ cõpositio ⁊ est quidditas ipsius vnde hoc additũ elemẽtis videtur esse elementũ: ⁊ cã quare h est caro: ⁊ h syllaba Dico aũt elemẽtũ nõ materiale sz intrinsecũ cõstituẽs ⁊ sic h additũ est totũ ipsius esse qz pe st suũ cẽ nõ nisi materia est: que nihil est de esse: licet esse quoꝛũdã sit in ipsa sicut ante diximus de causa ⁊ suba carnis ⁊ syllabe ita est in omnib⁹ alijs ex materia ⁊ forma compositis siue vocent simplicia sicut elementa: siue vocent cõpositis sicut materialia ⁊ plante ⁊ animalia forma enĩ materie addita suba est singulorũ: h enĩ forma est prima ⁊ proxima causa ipsius esse quo vnũquodq⁹ est id q⁹ est esse enĩ ꝓprius est actus ipsius.

Cap.x. de natura formar⁹ accidẽtalitũ ⁊ qualiter distinguuntur a forma substantiali.

q Uomodo vero quedã forme que etiã addite sunt elemẽtis in cõposito nõ sunt sube: eo q⁹ nõ dant esse simpliciter: sed potius causat a subiecto in quo sunt sicut forme accidentales. Oportet q⁹ quecũq⁹ forme q̃ sunt sube rez. sint substantie fm ipsaz rei naturã: ⁊ ipsa forma rei ꝓstitute natura est ꝓpria ⁊ cũ natura ꝓstiterit fm actũ ꝓstituta tũc manifestabit qb⁹ accidẽtib⁹ ipa nã ẽ substãs suba vt subiectũ cui⁹ cẽ quoddã est forma accidẽtalis sicut in principio huius

septimi dictum

septimi dictum est. Ab ipsa. n. sba cōposita per formaz mām continentem ⁊ terminantē fluunt virtutes in mā ⁊ ab ipsis causantur forme accidentales in composito.

Et ideo quedā istaz formaz sequūtur forma sic̄ potentie nāles: q̄ dā aūt sequunt mām sicut nāles ipotentie: ⁊ quedā causantur a passionibus vel accioībus sbi sic constituti. Oēs aūt tales forme sunt esse ꝑntes ⁊ non hñt quiditates absolutas a sba: ⁊ ideo etiā nō hñt absolutā a sba diffinitionē ⁊ huius cām tā in antehabitis dixīmus: q vz vnūqōq diffinitur per se ꝓstituens in esse principioz̄. Et io cum huius forme in eē cōstituantur per sbam opz q etiā per sbam diffiniātur: ⁊ ideo etiā absolute essentie non sunt quaz actus sit esse sed potius ab esse dñr essentie si nomen essentie eis attribuatur ipropzie. forma aūt sbalis q̄ vere sba est non ꝓpzie dicitur elm sed principiū: ⁊ cā propzie vocat eo q ipsa totius eē est cā ⁊ principiū ⁊ aliquomō finis: elz vero est māle principiū propzie loquendo in qō diuidi tur ⁊ resoluitur id q ex mālibus cōpositum est sicut in materiam manentē ⁊ in corruptā sicut syllaba ba. resoluitur in sonans ⁊ consonans. a. ⁊. b. forma aūt nō est in qō, resoluitur compositū ex mā ⁊ forma qz forma non manet sed sicut generat per accidens. ita etiā corrūpit per accidens in potentiā māe ex qua educit per generationem: sic igit demōstratur q forma est preter māz aliquid additum composito q multi negauerunt.

Incipit prime phie liber. viij. q̄ ē de sba fz q ipsa est forma ⁊ actus ⁊ nā. Tractatus primus ei⁹ ē de manifestatiōe q materia est sba ⁊ q forma est talis suba.

Capi. primū que sit libri intētio ⁊ qs mōus i ipso.

E eis que dicta sunt de suba ad quā refertur diffinitio sillogizare oz ⁊ colligere ō sba fz q ipsa est forma ⁊ actus ⁊ nā ei⁹ cuius est sba. copulatim igit colligētes ⁊ sillogizātes ex principijs sbe ꝓductis ostēdem⁹ eā dē sbam ad quā refert diffinitō eē formā ⁊ actū ⁊ nām diffiniti: ⁊ h facto finē intentū attingim⁹ in sermōe de sba. h. n. solū dicēdū remāsit de principijs sbe sicut pz ex diuisione q̄ in principio septimi libri in hac eadem scia inducta est. Hec igitur nostra est intē tio in h octauo prime phie libro. dictū est. n. in antehabitis qz in hac sapia vere entiū h est sbaz querunt cause ⁊ principia ⁊ ela qz sine hijs ens vere non cognoscit cui principium sit id a quo fluit res primo cui conuenit vnūquodq; analogū per primā ipsius rōnē ⁊ alia sunt modi ipsius liq̄de colligitur q sive h insit rei sive nō iz modus eius: sine h nō pōt sciri id cuius ipsum est principiū de cā est h magis euidens. cā. n. est quoz sequitur aliud sicut ostensum est in primo ⁊ secūdo huius sapie libro: ⁊ io sive insit cā p essentiā sive nō sine ipsa nō scitur id qō querit ⁊ h etiā i multis ad propzietatē hui⁹ sapientie spectantibus planuz est videre qz nec fluentia a prima cā ⁊ ab alijs separatis cognoscere possumus nisi illis cognitis cū tñ nulla illaz causaz elemētū sit sui causati sed lumine suo cōstituat ipsum sicut in sequentibus ostendetur: nec etiā accidentales forme cognoscuntur sine cā sua q̄ est sba subiecta: cū tñ sba subiecta non sit elm accidentis: ⁊ in sbijs sensibilibus multa causant ex celestibus cum tñ nullū celestium sit elm inferioz ⁊ sic se habz influentia intelligentie supra aiam ⁊ in calitate vite ⁊ sensus ⁊ ymaginatiōis ⁊ desiderij ⁊ motus q̄ causantur ab aia in corpore: tales aūt cause querūtur in hac sapia ⁊ sine eis nō pōt sciri qō querit: elm āt est q ingreditur in esse rei sicut diffinientia ingrediunt diffinitū ⁊ constat q sine illis sba sciri non pōt. Ex oībus igitur hijs planū est videre q volentibus nobis inquirere sbam q̄ est actus ⁊ nā ex talibus inquirere oz.

Capi. ij. de diuersitatibus sube q̄ est natura rei ⁊ē.

Ubstantie aūt q̄ sunt nature rez dupl̄r ab antiquis ōtemnant: quedā sbe cōiter concesse sunt ab oībus esse sbe. io q primo subsistēt ⁊ i se subsistunt. Alie aūt sunt nec io dicte sbe qz subsistāt sed qz sbam faciunt esse id qō vere est ⁊ de illis nō est adeo manifestū q sint sbe: ⁊ io de illis quidā priuatos ⁊ propzios enuntiauerūt sermones. quidā. n. illas negauerunt esse sbas que nō subsistāt alijs entibus. Quidam aūt quāuis concedāt has esse sbas: tñ quidam eorum ens dixerūt esse numeros ⁊ quidā mathematica: ⁊ quidā armoniā ⁊ quidā separata q̄ vocant ydeas sic̄ sepius in antehabitis dictū est. Ille vo sbe que sbe esse confesse sunt ab oībus sunt phice q̄ subiciuntur motui ⁊ mutationi vt ignis ⁊ terra ⁊ aq̄; ⁊ alia corpora simplicia q̄ fm diuersos diuersimode ponunt: ⁊ in scō loco confitentur esse sbas q̄ sunt ex hijs sicut sunt plāte ⁊ partes plantaz ⁊ aialia ⁊ partes aialiū tam homogenee q̄ eterogenee ⁊ corpora q̄ sunt oium finis ⁊ extremitas continens que nulli nitūtur sicut celū ⁊ partes celi. propzijs aūt ⁊ priuatis ⁊ non cōmuniter confessis sermonibus quidā dñr esse sbas ⁊ naturas rez spēs ydeales: ⁊ hoc io dñr qz etiā mathematica quāuis sint separata a rebus dicunt esse sbas rez ⁊ nās: alias aūt sbas sequitur esse sbas ex ipsis sbe rationibus qz vz sunt principia cōstituentia sbam designatam ⁊ cōpositam sic̄ diffinitio quid erat esse significans sive quiditas ⁊ sbm cuius est dria ⁊ actus. Amp. aūt fm hanc eandē rōnē genus q fm sui nām est quid sbe speciei magis ⁊ per prius est sba q̄ species ⁊ vle magis est sba q̄ singulare sed hoc est aliter sive p aliā sbe rōnem q̄ superius ī ducta sit. materia. n. ab eo q est primo substare suba dicta est: indiuidue aūt sbe designate dicte sunt esse sube qz primo ⁊ principalr ⁊ maxime substāt sed spēs ydeales ⁊ mathematica: io dicte sūt sbe qz cū i se separate sint cā sunt alijs q̄ sunt ⁊ dicuntur sbe. Genus aūt ⁊ vle sbe sunt qz sunt in rōne sbe qz non diffinit neq; diffinit nisi vle ⁊ primū vlium diffiniētium est genus ⁊ vltimū diffinitum est species q̄ est totum esse singulariū. Et ideo in hac rōne sbe magis est sba genus q̄ spēs ⁊ magis est sba vle q̄ singulare: vlijo ⁊ generi etiā ydee copulant fm eos qui ponunt ydeas eē rez formas ⁊ nās quia fm eādem q̄ dicta est rōnem videntur esse sube. q̄ enim ponūt ydeas dicūt eas esse rez singulariū principia: qm aūt sermo diffinitiuus qui significat quiditatez est sba: ⁊ h rō designans ipsum est diffinitio: ideo in antehabitis de diffinito sive de sba ad quā primo ⁊ per se refertur diffinitio determinatū est. Adhuc aūt qz diffinitio nō est simplex: sed rō composita est: ⁊ oīs rō talis hz partes. Ideo necesse est nobis considerare de partibus diffinitionis: vtrū vz designata noibus partium sint sbe ⁊ nāe rerū vel nō ⁊ q̄ sunt de ipsis partibus diffinitionis partes sbe ⁊ q̄ nō ⁊ oz cōsiderare si easdē ptes diffinitōis diffiniri oz aut nō. cū. n. sba q̄ vere diffinibilis est diffinit videtur ptes diffinitionis esse sbe: cū aūt accns diffinit nō videt sic eē: silr aūt ptes diffinitionis nō prime diffinibiles esse videnť: prime āt nequa q̄. Amp. aūt fm superius bñ determinata nec vle est

ſba in rõne vl'io nec genus in rõne generis qz nãe ſim/
plici q̃ eſt ſba rei accidit vl'e eẽ p ħ q eſt ſepata p intel/
lectũ ⁊ cuidam tali nãe accidit eſſe genus p ħ q eſt pri
ma potentia ambiens oríam q̃ ſunt eius q̃litates ſic̃ pz
ex ſupius determinatis: ⁊ iõ ꝺ⁹ hmõi hic omittimus
cũ non queramus ħ niſi ſbam q ẽ nã rei fm ſuũ eẽ vel
fm q ipſa ẽ id q eſt: de ydeis vo ⁊ mathematicis vtz
ſint ſube rerum vel non poſterius perſcrutãdum erit in
vltimis huius ſapie libris duodecimo vz ⁊ tertiodeci
mo: ħ aũt auctores eaz oñt eſſe pter ſenſibiles ſbas
nunc aũt tractabimus de manifeſtis ſbijs q̃ ab oĩb⁹ cõ
feſſe ſunt: ⁊ hee ſunt ſbe ſenſibiles nec tractabimus de
eis fm q ſenſibiles ſũt qz ħ pertinet ad phicũ ſed po/
tius tractabimus de ſenſibilib⁹ fm q ipſoz ſba pẽdet
ex ſbe principijs primis q̃ ſunt actus ⁊ nã ſenſibilium.

Capi.iij. de ſbijs que ſunt vera rei nã ⁊ qualiter ꝓ
batur q mã talis ſit ſubſtantia.

Ed ſenſibiles ſube ſicut oẽs confitẽtur mãm
ſ ꝺdẽ hñt. ſic̃ quandã nãm ſui. ħ. n. q dico mãz
habere cũ oĩs mã in moro corpore cõſideret
ſicut in ſecũdo huius ſapie libro ꝓbatuz eſt': idẽ eſt q
mãz ſitualẽ in potẽtia ad vbi ⁊ formã aut in potẽtia ad
vbi habere: ⁊ ħ eſt cã eius q eſt ſenſibile ⁊ ſic per ſe eſt
ita ſenſibilis ſba hz mãz ⁊ predicatũ eius in rõne ſbi.
Subſtãtia tñ aliter ꝺdez eſt mã ⁊ aliter eſt rõ ⁊ forma
quaz vtraq ẽ nã ſenſibilis ſpẽ deſignate. Dico aũt
mãm in quolibet cuius ipſa mã eſt nã quedã q nõ ẽ ali
quid ens actu ⁊ perfectum ptãte vero eſt ħ aliquid. ſic̃
enim in precedẽtibus diximus ſi accipiat mã vt altera
pars cõpoſiti nõ eſt predicabilis de eo cuius eſt mã qz
ſic eſt actu ens ⁊ accipitur vt ens quoꝺdã ⁊ nõ vt eſſe
pp q de nullo fz rectũ predicabilis ſed oblique: ⁊ ſi ac
cipiatur vt in ptãte ad formã tũc ipſa nõ accipit vt ens
ſed vt eſſe ⁊ ſic deſignatur per genus q predicatur de
eo cuius eſt genus. ⁊ iõ mã ꝺdem non eſt genus ſed tñ
genus non eſt ſine mã: ⁊ iõ ſic dicitur q mã potestate ẽ
ħ aliquid qz ipſa eſt ħ aliquid fm eſſe inchoationis ſic̃
ſepe diximus. Aliter ỹo dicit ſba rõ ⁊ forma: forma
quidẽ q̃ ħ aliquid ꝓpoſitũ ens ẽ ħ aliꝺ ⁊ ipſa ẽ va nã
eius. Et accipit etiã forma duob⁹ mõis vno ꝺdẽ mõ
prout ipſa nã ⁊ actus dans eẽ ⁊ ſbam ei cuius eſt nã: ⁊
ſic p̃dicat de ipſo: iõ q ipſa ħ mõ conſiderata totũ ẽ cẽ
ipſius. Alio aũt mõ accipit vt eſſentia q̃dã ſepata ⁊
ſic eſt pars accepta vt ens ⁊ nõ vt eẽ: ⁊ ħ mõ no p̃dica
tur de eo cuius eſt forma: ⁊ qz ħ loq̃ ſuſcepimus de ſba
fm q eſt nã rei ſubſtantiate nõ loq̃mur ħ de mã niſi fm
q potestate eſt ħ aliꝺ ⁊ de forma nõ loq̃mur niſi fz q
ipſa eſt actus ei⁹ q eſt ħ aliꝺ ⁊ eſt p̃dicatũ de ipo. for
ma. n. rõne abſtrahẽte ẽ ſepabilis ſic̃ dixim⁹: tertiũ vo
qõ etiã ſba eſt illud eſt ꝓpoſitũ q eſt ex hijs ⁊ eſt ſba ꝺ
ſignata cuius ſolius generatio eſt ⁊ corruptio ⁊ motuſ
qz nõ generat nec corrumpit niſi ꝓpoſitũ ⁊ ħ i ſequẽti
bus huius octaui libri ꝓbabitur: ſba etiã eſt id q ẽ ſim
pliciter in eſſe ⁊ nã ſeparatũ qz fz rõnẽ ⁊ ordinẽ ſbaz
quedã ſunt ſbe ſepabiles: quedã aũt nõ de q̃bus in vn
decimo huius ſapie libro pquiret: qz vo mã ſit ſba pa
lã erit ex hijs q̃ dicã. ſic̃. n. in phicis oliz determinatũ ẽ
in oĩbus motibus ⁊ mutationib⁹ q̃ ſunt inter oppoſita
eſt aliꝺ q eſt quaſi fundamentũ fixũ ⁊ ſbm motibus
⁊ mutationib⁹ illis ſic̃ in motu fm locũ oz eſſe aliquid
q idẽ manens ſerꝝ in toto motu ⁊ nũc eſt ħ ⁊ itez po/
ſtea in ſba manẽs ibi ⁊ ſic idẽ manens in tota ſitus re
nouatione: eodẽ aũt mõ ⁊ in augmẽti motu idẽ in ſba
eſt q nunc eſt tñ ⁊ poſtea minus vel maius ⁊ ſimilr in
alteratione idẽ in ſba eſt q nunc eſt ſanum: ⁊ poſtea in
motu qui eſt de ſanitate ad egritudinẽ laborat ⁊ ħ pla
num eſt in motibus q̃ ſunt de ſbo ad ſbm. Eſt ħ aũt ve
ruz in mutatiõe q̃ eſt fm ſbm qz yle ſbam eſt primũ ge
neratiõis ⁊ corruptionis ⁊ idẽ fundamẽtũ q nũc eſt in
generatione ⁊ itez erit in corruptione ⁊ illõ quidẽ fun
damentũ nũc quidẽ eſt ſbm q̃ſi aliq̃d ens generatũ ⁊ p
fectum q itez idẽ ſbo manẽs erit ſbm quaſi fm priua
tionem: q̃ eſt fm nõ eſſe ħ ⁊ in hijs mutationib⁹ eẽ mãz
que fixa manet in tota mutatione ⁊ eſt primũ ſbz gene
rationis ⁊ corruptionis. Sequũtur alie mutationes
qz q̃quid generat alterat ⁊ augmentat ⁊ mutat fz lo
cum: ſbm aũt ⁊ fundamentũ aliaz mutationũ nõ neceſ
ſario ſequit vna aut due: aut plures mutationes fm for
mam mutatiõis dicte qz nõ ſequit ſi aliq̃ nã eſt fixũ fun
damentũ in loci mutatione q eaꝺẽ ſit fundamẽtũ fixũ
in generatione ⁊ alteratione ⁊ augmento: nõ ẽ. n. neceſ
ſe ſi q̃d hz mãm localem q etiam hẽat mãz generabi
lẽ ⁊ corruptibilẽ: q̃ aũt oĩa ſit iter fieri aliq̃d ſimplr ⁊
iter fieri aliq̃d nõ ſimplr i phicis dcm ẽ i libro q̃ gnã
tiõe ⁊ corruptione vocat. Ex oĩbus aũt q̃ dcã ſunt ſil
logizari cõuenit q quicq̃d eſt fixũ fundamentũ vnũ ⁊
idem manẽs in omni ⁊ tota trãſmutatiõe ſenſibiliũ eſt
ſba ⁊ nã eoz. mã. n. eſt fixũ fundamentũ vnũ ⁊ idẽ ma
nens ẽt in omni ⁊ tota tranſmutatiõe ſenſibiliũ. Ma
teria igitur eſt natura ⁊ ſubſtantia eorum.

Capi.iiij. de opinione democriti de ſubſtãtia que eſt
forma ⁊ natura ſenſibilium. ⁊c.

Ed quoniaz ab oĩbus etiã primis pĥantibus
ſ conſeſſum ẽ ſubiectã mãm vt ſubiectã mãz eẽ
ſbam ⁊ nãm ſenſibiliũ ⁊ q illa mã q̃ eſt ptãte
ħ aliq̃d vt paulo ante diximus: iõ vlteri⁹ ad ħ ꝓbatio
nes iducere nõ oz: igit nũc dicere ꝓuenit nobis eã ſbaz
ſenſibiliũ q̃ eſt q̃ſi actus ⁊ nã formal ſenſibiliũ ⁊ ꝺ hac
quidẽ multi vt diximus ꝓprios iã ptulerũt ſermones.

Democritus ꝑ q̃ corpa indiuiſibilia cõfeſſus eſt eẽ
ſenſibiliũ mãz tres primas orias eẽ ſimul exiſtimat ita
q nulla illaz triũ reducat ad aliã ſic̃ ad priozẽ: nã fm
iſtũ corpus indiuiſibile ẽ vnũ ⁊ idẽ ſed differt formall
bus orijs. Riſmo tropi ꝺyatigu: ⁊ riſmuz q̃dẽ vocat fi/
gurã pp numerũ lineaz ⁊ angulo⁹ indiuiſibiliũ eo q
quedã alb⁹ ſunt trigona ⁊ q̃dã tetragõa: ⁊ ſic ꝺ alijs
figuris: troppi aũt cõuerſionẽ fm poſitionẽ ⁊ ſituz dic̃
eo q q̃dã ſunt ſuprapoſita in cõpoſito q̃dã infra ⁊ que
dã a dextro ⁊ queda a ſiniſtro ⁊ q̃dã añ ⁊ q̃dã retro.

Dyatigin aũt dic̃ ordinez eo q in q̃buſdã cõpõitur
trigonũ cũ rotundo ⁊ in q̃buſdã cũ tetragono ⁊ in q̃/
buſdã octhogoniũ cũ oxogonio ⁊ i q̃buſdã cũ pẽtago
no ⁊ ſic de alijs: ex hijs trib⁹ diuerſe ſenſibiliũ cauſant
orie q̃ ſunt nãe eoz ⁊ forme. Hec igitur iſte dic̃ pri/
mas formaz orias. Sed ħ mirabile q tres iſtas oiz
ſenſibiliũ poſuit formaz orias. videtur. n. multe eẽ ſen
ſibilium formales orie q̃ ad iſtas tres reduci non pñt.
Alie. n. oñr orie ꝓpõe q̃ ẽ ꝓplexio mãe ſicut oĩa quoz
cõplexio in mixtura cõſiſtit ſic̃ eſt in artificialibus mel
licratũ miſcetur ex aq̃ ⁊ melle ⁊ in phicis ea q̃ mixtibi
lia ⁊ mixta dicimus in libro p ygeneos: in q̃bus hz mix
ta ſint multa p ſbam in vno actu mixti ſunt tñ vnũ fm
formã ⁊ nõ mixta ſic̃ ea q̃ ex cauſis frigidis ⁊ humidis
⁊ ſiccis cõmiſcẽtur qz nõ pficitur mixtũ actu calidi vel
actu frigidi vel actu ſicci vel actu humidi nec pficitur
actu medij inter calidũ ⁊ frigidũ qz mediũ iter calidũ
⁊ frigidũ nõ eſt mediũ inter hũidũ ⁊ ſiccũ: ⁊ ſi mixtũ
acciperet formã ab actu medij inter frigidũ ⁊ calidum
oporteret q etiã accipet formã ab actu q̃ eſt mediũ in
ter humidũ ⁊ ſiccũ ⁊ cũ mediũ humidi ⁊ ſicci non ſit

medium

medium calidi ⁊ frigidi oporteret q̄ mixtio non esset vnū sed plura vel duo ad minus ſm preinductas rōes ⁊ recurrendū ē ad ea q̄ in antehitis bñ cōsiderata sunt q̄ vz mā ſm q̄ est in potētia ⁊ designatur p genus ē in vna potētia simplici ad mediū calidi ⁊ frigidi būidi ⁊ sicci: mixtio.n. ē miscibiliū alteratoꝝ vnio i libro.n. pygeneos ꝓbatū est q̄ ālitates nō sunt miscibiles. Et iō q̄ minimū cuiusq̄ miscibilis est cū minimo vniuscuiusq̄ alterius in mā resultat inchoatio medij actus vnius ⁊ simplicis q̄ tm̄ mediū fluit a calidis ⁊ frigidis ⁊ humidis ⁊ siccis adinuicē alterātibus ⁊ alteratis: ⁊ q̄ fluit ab oībus ālitatibus actiuis ⁊ passiuis alteratis adinuicem. iō hz virtutes oium qualitatū dictaꝝ ⁊ si sit simplex ⁊ vnū: q̄ sic ī materij vna exit ex alia sic mixtū ex simplici ⁊ cōplexionatū a cōmixto ⁊ cōpositū a ꝑple/xionato ⁊ organizatum ex cōposito: ita forma exit ex forma ⁊ sequēs semp retinet vtutes ꝓcedētiū cū tm̄ sit cētia simplex: ⁊ h̄ mō in formalibus causis cā prima ria est in scōaria ⁊ scōa in tertia ⁊ sic de alijs: sic igitur mix fuit de democrito q̄ nō vidit q̄ quedā oriaz se cō stituētē ⁊ ab alijs facientē differre hñt a mixtiōe. Alia aūt talē cōstituentem oriam accipiūt a ligatione sic ī nā libus capitis ossa sunt vnū caput iuncturis ⁊ ligamētis in potētia exña ad actū capitis vnū: alia aūt talē accipiunt oriam viſco vt liber in artificialibus ⁊ ī nālib⁹ multa q̄ viſcoso humore glutinantur. Alij aūt accipiunt eā gunfo siue encastratura vnius in alterū sic ī artificialibus arcba ⁊ in nālibus mēbroꝝ pixides ⁊ vertebra.

Alia accipiūt hāc oriam ex hoꝝ pluribus sicut corpus hois in phicis ⁊ domus in artificialib⁹: alia accipiunt cā ex positione q̄ est ordo ptiū in situ sic limē ⁊ superliminare in artificialibus ⁊ ciliū ⁊ supciliū in nāli/bus: ista.n. pōne talia accipiūt nōia ⁊ oriaz. Alia itē accipiūt cā a tpe sic prādiū ⁊ cena ⁊ mane ⁊ meridies ⁊ hmōi. Alia itē accipiunt cā a loco sui ortus sicut spūs siue vent⁹ auster ⁊ aquilo ⁊ zephirus ⁊ hmōi: oi co aūt locū ꝓout locus p ālitates actiuas ⁊ passiuas q̄ sunt in ipso generationis ē principiū. Alia aūt oriaz se cōstituentē accipiūt a passionib⁹ siue potētijs ⁊ ālitatibus corpis sensibilis q̄s in scōo pygeneos ⁊ in ārto methoꝝ distinxim⁹ sic est duricies ⁊ mollicies ⁊ spissitudo ⁊ raritas ⁊ siccitas ⁊ būiditas ⁊ frigiditas ⁊ calidas ita q̄ alīq̄ fuerunt q̄ primas ālitates formas sbales eloꝝ esse dixerūt ita q̄ caliditas sit forma sbalis ignis ⁊ humiditas aeris frigiditas aque: siccitas aūt terre: h̄ tm̄ falsuz est: q̄ nō pōt ee q̄ aliq̄d in se sit ālitas ⁊ ad alterū sba. nihil.n. eoꝝ q̄ sunt ālitates facit sbam: ⁊ iō cū prime ālitates in suis naturis nō sint sbe formales non pñt esse sbales forme alicui⁹. Id.n. q̄ ꝓfert alicui sbaz esse prius in se ipso est suba. Qđ aūt ālitates iste in se sint ālitates ⁊ nō sbe methaphisica ꝓbatione ꝓbat sic. detur.n. calidū siue caliditas esse sba tūc oportebit quidē oē calidū sit calidū pticipatione caloris sic sol. est hō pticipatione hois ⁊ ſm h̄ vnū ⁊ idē plures solmas sbales pticipabit nō ad se inuicē ordinatas: ⁊ quarū vna nō est potētia ad alterā q̄ ē ipossibile. Adhuc aūt si calor participat a calido sic sba calidum erit vere vnū ⁊ nō multa nisi in potentia q̄ ſm est cum sit plura actu ⁊ nō vnū nisi p accīs: q̄ ḡ diximus q̄ multa hūj ālitatibus differūt intelligēdū est q̄ ista sūt signa diuersaꝝ oriaꝝ: calor.n. in igne est sic potētia nālis ignis sic incidere in ense ⁊ nō inē ei sic a calidis p accīs sic albedo accidit albo homini. Alia ēt orias accipiūt a quibusdā hoꝝ. alia vō a pluribus ⁊ alia ab oībus ālitatibus q̄ dicte sunt ⁊ vlr in hūj q̄dā oñr ꝑz supabūdantiam ⁊ q̄dā ꝑz defectū: sicut nos in antehitis hui⁹ sapie ⁊ in libris phicis determinauimus q̄ ꝑrioꝝ vnū ꝑz superabūdantiā dicit ⁊ aliud ſm defectuz: ⁊ iō supha/bundātia ⁊ defectus sunt prima ꝑria ad q̄ oia alia reducūtur. Ex oībus aūt q̄ dcā sunt palā ē q̄ ⁊ quot sūt ea que dant orias q̄ ꝓstituūt res in ee totiens dicit etiā ee vni⁹ differre ab ee alteri⁹: ⁊ iō nihil dixit ōnocrit⁹ qñ supius tres inductas dicit tm̄ ee rex orias: limitis enim siue liminis esse ex tali pōne q̄ ponitur in hostio ⁊ ee suū sbale est ita pōt: ⁊ h̄ significat nomē eius. Silr ät ⁊ cristallū esse ē sic aq̄ inspissari apprehēdente mäz aq̄ frigide sicce remoto vlr calido: quozundā vō esse sbal' formale sic diximus: ex oībus hūj diffiniet. Alia.n. sunt mixta: alia vō cū h̄ ꝓplexa siue cōplexionata. alia vero cum hūj duobus ꝓpositā ⁊ ligata: ⁊ iō i hōgeneis alia sunt spissata sic coagulata ⁊ elixata: ⁊ alia sunt in esse cōstituta alīq̄ orijs i ārto methoꝝ determinatis sicut ea q̄ formalr sunt entia: ⁊ si ita sūt entia quēad modū exigit esse q̄ ē actus forme q̄ ipsa ꝓstituit vt manus ⁊ res ⁊ oia alia hmōi. In oībus aūt hūj sumenda sunt pria oriaꝝ genera siue prime orie in genere ad q̄s cēs alie reducūtur: h̄ nāq̄ sunt principia totius illi⁹ coordinationis q̄ est in illo genere sic dicimus ea ee pria que sunt ſm magis ⁊ minus siue supabundātā ⁊ defectū vt spissum ⁊ rarum q̄ sunt prima ꝑria a qbus alia ꝑria causant sic alibi est ōterminatū: oia nāq̄ q̄ sub illis sunt: sunt q̄dā supabūdātia ⁊ quedā defectus ⁊ silr ē de hūj q̄ sunt in genere figure ꝑz q̄ figura est determinatio quāti corpis. Oia.n. h̄ primas orias hñt aspe/ritatē ⁊ lenitatē q̄ causant a recto ⁊ curuo eo q̄ curui p tea. ab extremoꝝ ptibus exeūt ⁊ sic fiunt aspa. lenia ät partes intra extrema equalr disponūtur ⁊ h̄ causant a recto cuius media nō exeūt ab extremis: hūj siue alīq̄ quibusdā accidit misceri ⁊ a mixtione hēre ee h̄ vel illud: oppositis aūt p defectū mixtionis hñtibus esse accidit vō sic misceri siue deficere a talis mixtiōis armonia. Palā igit est ex oībus ꝺductis q̄ si sba q̄ est forma cā est quare qōlz hoꝝ hēat esse h̄ q̄ est ſm spēm ⁊ nām: querendū est q̄ forma est cā p quā hz esse in nā ⁊ spē qōlz istoꝝ sba igit que est cā formalis ipsius esse vniuscuiusq̄ rei nihil eoꝝ est que dixit democritus ne q̄ est aliquid cognatuz hūj que dixit.

Capi. v. q̄ sba que est actus etus cuius est sba proportionalis debet esse potentie ⁊ predicatur de mā.

Portet aūt scire q̄ hoc q̄ vniuscuiusq̄ rei vā forma sbe ē id q̄ maxime ē sibi ꝓportionale in potentia exñti. actus.n. ꝓportionalis ē sem per ꝓprie potētie ⁊ educit ex ipsa ⁊ h̄ est q̄ in sbijs siue sbalibus de mā predicat: diximus.n. iā in antehabitis q̄ si forma accipiat vt actus ⁊ mā accipiat vt potentia q̄ forma p̄dicat de potētia ⁊ mā. ⁊ h̄ mō designat p genus ⁊ p̄dicat de eo cuius est potētia q̄ sic vtraq̄ tā forma q̄ mā acciptūtur vt esse cōpositi: ⁊ nōvt ens qōdā distinctū: ea igit que sic de mā p̄dicātur sunt maxie actus etiā in alijs diffinitionibus q̄ nō tm̄ p formā: sed etiā p mām dantur: sicut cā exēpli si nūc opus sit diffinire lignū aut lapidē dicimus diffiniētes id esse actū q̄ in diffinitione est positū vt actus ꝓportionalis potēcie p̄dicatur de mā sicut si diffiniamus domū dicētes q̄ domus est ligna ⁊ lapides ad figurā talez sic ꝓposita: aut forte in quibusdā diffinitionibus addimus ēt cām finalē: cui⁹ cā sit h̄ q̄ sit: si vō velimus diffinire cristallū dicemus q̄ est aqua cōgelata ⁊ ita siue ad formā sit potētie ꝓportiōalē cōgelata ⁊ simul diffiniētes symphoniā dicemus q̄ est ꝓmixtio talis soni acuti ⁊ grauis ad mo

dulum taliter vel taliter ſono ꝓportionatū. Eodē mō eſt etiā in aliis: palā igit ex dictis ē q alterius mūe ſiue potentie eſt alius actus ⁊ vnūqōq eſt in potentia in illo a quo ſuo ꝓꝓio ⁊ ꝓportionato motore educit. ⁊ eodē mō alterius mūe ⁊ potentie alia eſt rō ſiue diffinitio q̄ refertur ad actū q̄ eſt ſua ꝓꝓia nā ⁊ forma ⁊ in h bene dixit plo qñ dixit q fm meritu mūe forma i fundit̄. Alioꝝ.n. fm q diximus actus eſt cōpoſitio alioꝝ aūt mixtio ⁊ alioꝝ eſt alicꝭ alius actꝰ de hijs q̄ diximꝰ ꝓꝓ qō etiā ꝑbi diffiniēdo ea q̄ ſunt diuerſificatur. Dij.n.quid ē domus dñtes dñt q domus eſt lapides cementū ⁊ ligna ⁊ hij dicūt id q eſt domus ptā te mūe. iſta.n.q̄ dñt in diffinitione ſunt mā ſub ptāte ad actū ꝓſtituta. Alij vo diffiniētes domū dñt q ē vas qō ē cooperimētū pecuniaꝝ aut corpoꝝ aut alicꝭd tale formal addunt ⁊ cōſtat q illi i diffinitōe dicūt actū ⁊ formā ꝓ ut eſt actus potētie. Alij aūt abo iſta potētiā ⁊ actū cōponētes dicūt diffiniēdo tertiā ſbam q̄ ē h ⁊ ex hijs ⁊ h planū eſſe putamus cuiꝰ q meminit eoꝝ q̄ p̄determinata ſunt. oibus.n. videt q dria q̄ cōſtituit rē in eſſe ſit rō diffinitiua ſpēi ⁊ actꝰ in quo cōpletur diffinitio p̄dicata de potētia: ea aūt diffinitio q̄ eſt in exēplis mālibus ſicut lignis lapidibus ⁊ cemēto videt eſſe magis mūe. Tales aūt terminos ſiue diffinitiōes maxie ꝓbauit eſſe recipiēdos ſapiēs architas. Dū ⁊.n.termini ſunt vtriuſq cōpletiui. ſ. potentie ⁊ actus ſic ſi diffiniētes dicamus q̄d eſt venema ſiue ſerenitas dicimꝰ q ē q̄d es in plurimo aere. hec.n. diffinitio aerē cōplectit ſicut mām ⁊ quietē vt ſbam ⁊ actū. Similr aūt ſi diffiniētes dicimus q̄d eſt trāquillitas ⁊ dicamus q tranquillitas eſt maris equitas ſiue eq̄litas. in hac.n. diffinitione mare eſt vt ſbm q̄ſi mā: actus aūt ⁊ forma ē equitas ſiue eq̄litas ꝓp quod iſte pfectiſſime ſunt diffinitiōes: palā igit ex p̄dictis eſt q̄ ſit vera eius qō ſenſibile eſt ſuba ⁊ quomō vna ſba ſua eſt vt mā ⁊ alia eſt ſba ⁊ nā ſicut forma: qz forma eſt actus. Tertia vo ſba eſt q̄ eſt ex hijs cōpoſita ⁊ eſt illa ad quā refertur diffinitio ⁊ h eſt q̄ in prima huius octaui parte voluimus inueſtigare.

Capi. vj. qualr id q eſt ſba rei ſignificat ꝑ nomen ⁊ eſt in eo digreſſio declarās qualr oē nomen ſignificat ſbam cum qualitate.

Portet aūt nos nō ignorare de quo multi nō
o bene cōſiderātes obliuiſcūtur ⁊ latet multos

Cū.n.iā habitū eſt q id q eſt cā ⁊ ſba eſt forma ⁊ actus rei ꝑ quā ſicut vltimā ⁊ ſimplicē dria cōſtituitur ⁊ diffinit: illa eni dria eſt a q̄ quelz res denoīatur: ⁊ iō querendū vtrū nomē iſtud ſignificat ſubaz cōpoſitā q̄ ſola diffinit aut ſignificat actū ipz ⁊ formaz a qua diffinitū denoīatur: verbigrā ſicut in artificialibus h nomen domus vtrū ſit ſignū cōis cōpoſiti ita vz q ſignificat totū h q ē tectū vt decet ꝓpoſitū ex lapidib⁹ ⁊ cemento aut ſit ſignū actus ⁊ ſpēi ſiue forme q̄ eſt talis figura māſionis. Similr aūt in mathematicis eſt qō qz in recto ⁊ linea pōt dubitari: vtrū nomē recti ⁊ nomen linee ſignificet dualitatē duoꝝ punctoꝝ terminātiuz lōgitudinē ſolā ſiue latitudinē ſimul aut ſignificet tm̄ duo puncta terminātia. diffinitur.n.linea recta q ē lōgitudo terminata duob⁹ pūctis ⁊ lōgitudo i hac diffinitiōe ē pro mā: duo aūt pūcta terminātia ſunt ſic forma: ⁊ in pbicis querit vtrū h nomē aīal ſignificet aīam in corpore ita q vtrūq ſignificet ſil aut ſignificet aīam tm̄. aīa.n.a qua noīatur aīal eſt ſba ⁊ actus corpis alicuiꝰ pbici organici ſic i hijs de aīa dictū ē: ad ſolutionē huiꝰ qōis p̄notādū ē q cuius eſt nomē eius ē diffinitio: in omni aūt noīe quoddā ē a quo in ponit nomē ⁊ qō dā ē cui iponit ꝑ q oē nom̄ ſignificat ſbaz cū q̄litate: h aūt facil ēvidere in oibus noibus ſpeciez: ⁊ indiui/duoꝝ qz in noibus ſpērū actus vltimus eſt a quo nom̄ imponit ⁊ ipſum cōſtitutū ⁊ ꝓpoſitū ex genere ⁊ dria eſt cui iponitur nomē: in noibus aūt indiuiduoꝝ ſuppoſitum ſbe eſt cui iponitur nomē ⁊ collectio accīdīū eſt forma a q̄ imponit. Eſt aūt h a quo iponitur nomē in grāmaticis pro q̄litate ſz id cui iponit eſt ꝑ ſba. In noibus aūt generꝝ ſubalternoꝝ planū eſt h idē accipe ſed in noibus generaliſſimoꝝ ſz nō ſit ꝓpō tm̄ eſt in eis accipere ipſius p̄dicamēti nāz ⁊ modū p quē diſtingui tur illa nā ab alterius predicamenti nā ⁊ primū illoruz eſt pro ſba ⁊ reliquū pro q̄litate: ſed noīa driaꝝ ſubas ⁊ actus ſimplices ſignificāt ⁊ nō aliquā ſbam illis actibus ſubſtratā: ⁊ iō forte alicui videt q ſolā qualitatez ſignificent ⁊ nā ſbam: ſed intelligendū qō ſz fz rē non ibi ſit ſignificata niſi eſſentialr q̄litas tm̄ in ipſa q̄litate eſt quid reducibile ad genus ſicut principiū generis: ⁊ eſt modus quo illud diſtinguit ab alīs ⁊ ſz dria a ſe ipſis differant tm̄ modus quo reducit ad genus non ē mōus quo diſtinguitur ab alijs. Et iſti tales modi ſufficiūt grāmatico: ⁊ iō talia ſignificāt etiā ſbam cū q̄litate: ſed de ipſo ente forſā dubitabit alicꝭ. h.n. videt eſſe primū in quo nō eſt ꝓpō rei nec etiā modi: ⁊ iō nō videt ſignificare ſbam cū qualitate. Sed attendendū q ſz ſimplex ſit ens fm rem tm̄ modi eius ſunt diuerſi. eſt.n. ens ipſum creatū primū ante qō nō eſt creatuz aliud: ⁊ q̄dā modus entis eſt eſſe ꝑ creationē ⁊ non ꝑ informationē ſic determinatū eſt in libro cauſaꝝ quo ad hos duos modos ſignificat ſbam cū qualitate qz ipuz qō eſt in ſe eſt ſibi pro ſba ⁊ modus eius entitatis ē pro qualitate.

In noibus vo accidentiū q̄ ſimplicia accidētia ſignificant ſic albedo ⁊ color ⁊ hmōi ipſa nā eſt pro ſuba ⁊ modus ꝓqualitate. In adiectiuis aūt noibus ſba ſignificatur infinita q̄ eſt ſuppoſiti nō illa quā hz nomē pro ſba qñ dicit nomen ſignificare ſbaz cū qualitate ſed de h hic non intendimus: ſi aūt obiciatur in noibus dei in qb⁹ ſignificare videt ſbaz cū q̄litate ⁊ ſic in deo cēt quedaz ꝓpō dicendū q in deo nulla q̄dez eſt cōpoſitio ſed diuerſitas modoꝝ ſignificādi nō repugnat ſimplicitati diuine in deo. vere.n.eſt ſuppoſitū diuinū ⁊ nā diuerſi mode ſignificata fm diuerſitatē oium attributoꝝ q̄ ō attribuūtur ⁊ penes iſtā diuerſitatē accipit ſba ⁊ qualitas quā noīa diuina ſignificāt. Sin aūt ad h aliqs ad huc inſtet ⁊ obiciat q ſi nomen ſignificat ſbam cū qualitate ⁊ ipſa ſba ſignificata per nomē ſit nomē videt ſignare ſbam cū q̄litate: ⁊ ſimlr aūt ⁊ ipſa qualitas noie ſuo cū ſit nomē videbit ſignare ſbam cū qualitate: ⁊ habit in infinitū q eſt inconueniens. Adhuc aūt videt fm h ſbe eē ſba ⁊ qualitatis qualitas q intellecūs refugit qz eſt abſurdū. Adhuc aūt cū ſba ſuo noie ſignificet qualitatē videt negatorie adiungi qñ dicitur nomē ſignificare ſbaz cū q̄litate propria vel cōi. Sz ad oia h ⁊ ſimilia hmōi dicendū q cū dicit nomē qōcūq ſignificare ſbam cū qualitate ſba fm q ſignificatur ꝑ nomē accipit a q̄litate ſepata ⁊ ſimlr q̄litas ſepato intellectu accipit ⁊ diſtincto: ⁊ ideo lz h nomē ſba ſignificat ſubſtātiā cū qualitate Et ſimlr h nom̄ q̄litas: tm̄ ꝓput ſba ſignificat in noie fm q eſt pars orationis nō hz cointellectā ſibi qualitatē. ⁊ iō non ꝓceditur in infinitū nec eſt ſba ſbe nec q̄litas qualitatis: nec etiā negatorie vnū coniungit cū alio. Hijs ita prenotatis adhuc ita intelligēdū eſt q id qō ſignificat ꝑ nomē id ꝓpie eſt a q̄ nomen iponit: res aūt ſuppoſita cui iponitur ſignificat ꝑ h q̄ comparatur ad illud ſicut participās ⁊ illi ſubſtās

appellatum

tis antiqui tamē quia numeri ⁊ longitudines ⁊ corpora
ꝼm esse sunt in sensibilibus ⁊ sensibilia per se genita sūt
oportet q̄ ⁊ ista genita sint illis genitis: ⁊ ideo absur/
dū est illa ponere generationis ⁊ multitudinis genera/
torū principia. Et similiter absurdū est querere primo
quō multū est id quod est: ⁊ non querere primo quomo
do sint quid substantie aut qualia aut quāta ea que fiūt
huius enī causa q̄ ħ sit quid ⁊ hoc quale: ⁊ hoc quātuz
nō potest esse idefinita dualitas que est forma dualita/
tis duobus vnis nō determinata: nec magnū nec puū q̄
quidā ponunt primā dualitatez potest esse causa q̄ sint
duo alba: aut q̄ ea que multa sunt colores aut humo/
res aut figure. Si enī ħ essent multudo tūc essent nu
meri vel vnitates: si causarentur sicut illi dicūt a primo
vno: ⁊ pluralitate prima. Si autē antiqui pertransiſ/
sent ista non primo inuestigantes causam multitudinis:
sed quidditatis eius q̄ sit tunc profecto vidissent cau/
sam verāz generationis: ⁊ vera generationis principia
que sunt in ipsis causa propria: illa enī cā excessu multi
plicante: sunt causa multitudinis entiū: qz sic cognouis/
sent rerū proprias formas: per quas ipse res ponuntur
in numerum qui numerus est causa q̄ multa sunt gene
rata. Similiter ab antiquis queruntur opposita en/
tis: ⁊ vnius ex quibus cuz hijs duobus que sunt ens ⁊
vnū siant entia: videbant enī q̄ nihil sit ex non ente: ⁊
q̄ vnū cū ente conuertitur ⁊ ideo sicut fiunt entia ex en
te ita fiunt ex vno: videbant etiā principia generationis
opposita esse eo q̄ mutatio ē de opposito in opposituz
⁊ ideo querebant opposita enti ⁊ vno: ex quibus fient
entia: ⁊ ideo talia opposita supponebant esse quedam
que sunt ad aliquid: vt est inequale q̄ nec est contrariuz
nec negatio illoꝝ que sunt ens ⁊ vnū que sunt vna na/
natura vt materia entiū quēadmodū natura quozūdaz
est q̄ sine substantia ⁊ sicut vna natura est quale eorum
que sunt in qualitate: in omnibus enī generibus est vnū
⁊ ens aliq̄ natura eorum que sunt in genere illo q̄ nec
est contrariū nec negatio aliquoꝝ que sunt in genere il/
lo sed potius est primū subm omniū: cum ħ posuerunt
dualitatē contrarioꝝ que sunt ⁊ contraria adinuicez: ⁊
negatiua: licet non habeant oppositionem ad id q̄ō est
primū subiectū q̄si sicut dixerūt sunt vnū ⁊ ens in quoli
bet genere ⁊ dicebant illa esse causas multitudinis deri
uate ex vno ⁊ ente: sed tunc querere oportet etiaz ħ q̄ō
dicunt quomodo ip̄m ad aliquid quod dicunt esse prin
cipiū: sit multa ⁊ non vnū. Nunc enī querēdū est quo
modo multe vnitates sunt circa primū vnū ⁊ queren/
dū est quomodo nunc sint multa inequalia preter pri/
mū inequale: non enī ex dictis antiquoꝝ sufficiens ha/
bet ratio de illis: dicebant enī vnū ⁊ vnum non facere
differētiā: nisi forma dualitatis superueniat que inequa
litatis est principiū: ⁊ sic ab inequalitate dicebant causa
ri multitudinem: vtuntur enim talibus principijs: ⁊ di/
cunt magnum ⁊ paruum multum ⁊ paucum esse quo'
dam magnum ⁊ paruum ex quibus numeri fiūt: produ
ctum autem ⁊ breue dicunt quoddam magnum ⁊ par/
uum esse ex quibus linea siue longum: latum autem ⁊
artum esse quoddam magnum ⁊ paruum ex quibus
fit superficies: profundum autem siue altum ⁊ humile
est quoddam magnum ⁊ paruum ex quibus fit corpus
siue moles corporis: ⁊ adhuc ampliores ⁊ plures spe/
cies eius q̄ō est ad aliquid dicunt esse principia entium:
⁊ causare multitudinez in eis. Sed nos queramus ab
eis que sit causa talibus q̄ ip̄a sunt multa. Constant enī
q̄ sicut in prehabitis dictū est q̄ talia sunt genita ⁊ prin
cipia sue generationis ⁊ multitudinis habent: cum autē
causam non possunt assignare necesse est q̄ supponant
q̄ō ⁊ veritas est q̄ potestate ens est vnicuiq; proprium
⁊ quia proxime potentie sunt diuerse ideo diuersa sunt
que fiunt entia: ⁊ hoc diuersitas causa est multitudi/
nis: ħ autem q̄ō est potestate ens ⁊ primum subiectum
enunciat qui dicit q̄ aliquid est potestate ens q̄ō ē sub'
stantia ⁊ hoc quidem est non ens ꝼm se vt dicit ille qui
dicit potestate ens: quia est ad aliquid nō ens ad ens vt
delicet actu siue illud sit quale siue quātū siue aliq̄d ali
ud q̄ō quidem non potestate est vnum aut ens sed actu
nec est negatio vnius aut entis sed est vnum quid entiū
in aliquo genere multo magis vt dictuz est: sed iste que
sunt quomodo multa sunt entia: alia enim sunt substan/
tie ⁊ alia passiōes: ⁊ alia ad aliq̄d ⁊ ħ omnia fiunt ex po
testate ente ⁊ queritur quomodo ħ fiat ad hanc questio
nem soluendam dicimus q̄ in alijs quidem cathegorijs
id q̄ō factū est ex ptāte ente habet id q̄ō factū est quidā
⁊ aliud qz in illis est congregatum: ⁊ non vnit ⁊ ideo in
illis habet intentionem quomodo multa nam per ħ q̄
illa predicamenta non sunt separabilia: ⁊ ideo ipsa ⁊ su
biecta sunt multa: ⁊ sic aliqua intentio est qualia quidez
esse multa ⁊ quanta esse multa: tamen oportet quandaz

naturam esse subiectam singulis generibus que est natura generis primi sicut primum subiectū est in genere substantie excepto ħ solo q impossibile est separabilez esse naturam generum aliorum a substantijs in qb⁹ sūt sed in genere sube est separata nā generis: vnde in hijs alijs quibus quādā habet rationē questio qua querunt quō est multa id qō sit: ⁊ hoc aliqd nisi forte id qō sit ⁊ sūt aliqd ⁊ ħ aliqd sit in natura aliqua talis sicut q ex potentia sit actu: ħ enim est vnū ⁊ non multa qz non est in natura alia sz est in natura actus eiusdē potentie in qua fuit potestate sicut in libris. vij. ⁊ octauo huius philosophie determinatum est: vnde magis est dubitatio ꝼm istos vnde sunt multe actu sbe: ⁊ nō vna ex subo vnoꝛ ente: est enī vna que est ad qd subi ⁊ idē ē ħ aliqd ⁊ nō diuersum: de quāto aūt non queriē quō ⁊ quare multa qz nō est vnū subm prime sube ⁊ quātitatis ⁊ ideo substātia quāta est duo: sz queri pōt quō ipsa quanta: ꝼm q quāta sint multa: si enī id qō est esse dicit quātū qōdam eo q quātitas discreta ē vniuersū: ⁊ ħ idē māliter significat vnitas qñ vnū nō accipiē necessariū sed vt materia vniuersi: vnitas enī significat id qō est ꝼm quātitatē indiuisibile ⁊ ħ est materia vniuersi: ⁊ ideo si est diuersū quātū ⁊ q est sine suba nō dicit ipsum qō qd est ex aliq sicut ex potētia qñ ponit potētia ad subam: potētia enī suba ꝼm q est suba nō est potētia quātū necessario: nec etiā dicit quō est multa id qō sic est ex potētia: Si aūt dicat q idē est potētia qd ens ⁊ potētia quātū: tunc ille q dicit ħ multas sustinet contradictiones: ⁊ ꝓtrarietates qz due sunt nature suba: ⁊ quātitas: ⁊ illa q sunt prima suba illoꝝ generū nō sunt eadē: ⁊ si potētia nō sūt vna nec ea que sunt in actu sunt vnum sed multa: ⁊ illi/// us multitudinis oportet assignare rationē. Sic ꝫ que stio hz aliꝫ rōnē ⁊ nō alr: vbi.n. prima subcta diuersa sūt ibi etiā entia actu sunt diuersa.

Cap. iiij. de collatiōe opinionū que sunt de numeris ⁊ improbatione earum.

Nisiset aūt adh aliqs perscrutationi de nūeris ⁊ queret vnde oporteat accipē fidē qz sūt tales numeri sepati q sūt suba entiū: illi enī q ponūt q nūeri sūt idee ponūt eos ideo qz dicūt eos ꝑstare quādā cām in entib⁹ si ita ponant q cuiuslibet numeroꝝ est idea aliqua eo q ois idea videt ꝼm ꝓportionē aliquā esse idea eius cuius est: aliter enī vt dicūt non ligaret cū entib⁹: numeris enī oia dicunt ligari idea vō sic nūero aliquo pfecta aljs posteriorib⁹ vt dicūt causa est existēdi quādocūq; existāt. Sic enī est eis subiect⁹ nūerus q ħ nūerus huic idee subicit ħ āt mō ꝓportionato nūerus hijs ⁊ ideis hijs iō qz difficultates q̄dā videt esse circa ideas qz aliter nō bene pōt determiari de pitate idcarū ⁊ ideatorū: nisi nūeris ꝓportionalib⁹ illa paritas causaret ꝓpter qō etiā plato ideas vocans semētē generationis dicit eas ad par exequēdas. Sz si ħ ita se habēt tūc ꝓtingit facere numeros ideales: quia tūc numerus ⁊ idee sunt diuerse sube: sicut ꝓportio nūeri diuersa a numerato: si aūt dicat necessarius ē numerus ꝼz quē accipiat ꝓportio nō oportet nisi mathematicū nūerū ⁊ nō numerū ideaꝝ: ⁊ si ponat talis esse numerus mathematicus q applicabilis est cuilibet numerato nō oportet credere q sit alius talis numerus quez dicūt idealē esse numerū: ad quid enī egemus alijs numeris qñ mathaticus habet. Simlis enī rei numerate natura est q doceat esse talē idealē numerū. Sz natura vniuscuiusq; nūerati docet eū esse: quasi aliā quandā naturā que sit ꝼm se in qua res numerate sint sicut in metro ⁊ mēsura: nec videt esse ꝓpter ea quoꝝ causa ponit ħ esse idearū: nā thorемata ⁊ contēplatiōes siue cōsideratiōes arismeticoꝝz que de numeris sunt oia existūt de hijs numeris q̄ sunt ꝼm esse de sensibilib⁹ in quibus diuisio est cā numeri sicut in añbitis dcm est: igit illi qui ponunt ideas esse ⁊ dñt eas esse nūeros dñt eas accipere ꝼm expositionē ⁊ cōparationē vniuscuiusq; numeri circa multa qz vnus numerus est multoꝝ numerato⁹ vnde tentant per numeros dicere modo quodam quid est q̄lz entiū: sz nō dicit quare sunt hmōi nūeri: ita q causaz necessariā quare nūeri sint assignet: sed tantū asserit qz necessarij sunt ad existentiaz eoꝝ que sunt.

Ea aūt que dicūt nō possibilia sūt: nec dicēduz est q talis numerus sit ꝓpter ea que dicūt: pythagorici vero eo q videt q multe passiones numeroꝝ sunt in corporibus sensibilib⁹: fecerūt numeros esse entia nō separabilia a sensibilib⁹: sed tñ dixerunt eos esse in eis: ita q sint cause entiū sensibiliū ⁊ suba qz nō possent esse cause nisi essent sube formales entiū. Quare vō sic dicant respondēt dicentes: qz passiones numeroꝝ in armonijs siue musicis faciunt melodiā: ⁊ existūt in celo ⁊ in multis aljs ⁊ determinant ea ad esse ⁊ motū. Alij vō mathematicū solū dicūt esse numerū ⁊ hūc dicunt tñ esse cām oium entiū: sed nihil penit⁹ tale cōtingit dicere ꝼm illas suppositiones q̄ sunt cōes animi cōceptiōes ⁊ qs quisq; ꝑbat auditas: sz ideo dictū est q dicunt quia tūc vere scientie nūeroꝝ ⁊ entium que sūt ⁊ nō extabāt qñ isti ꝑbati sūt: nos aūt dicimus sicut diximus ꝓius: ⁊ palā est ꝑ se qz mathematica non sunt separata ꝼm esse: ⁊ ħ patet ꝑ ħ q̄ subaꝝ separatarū passiones nō existerēt in corporibus sensibilibus: cū corpora sensibilia nō sint suba eaꝝ: pythagorici ergo numeri ꝼm ħ q ipsi ponunt numeros esse nō separatos ⁊ causas entiū nō sunt alicuius rei numeri vt cause subales eius existāt sicut pythagorici faciunt ex numeris physica corpora. Et cū viderent q numeri nō haberent gravitatē ⁊ leuitatē videbātur loq̄ de alio celo ⁊ de aljs corporib⁹ sensibilib⁹ qui claudūt vt dicūt in istis: ⁊ oia ħ sūt ficta ⁊ coacta ad positionē sustinendā ⁊ nō ꝼm rei veritatē dicta. Alius autē aliqs videns istas difficultates accidere pythagoricis fecit numerū ꝼm esse separabilē eo q dignitates nūerorū quib⁹ esse numeri ⁊ passiōes ꝑbant nō sunt in sensibilib⁹: vera enī sunt dicta de nūeris ⁊ necessaria cuz de sensibilib⁹ nihil verū ⁊ necessariū dici possit vt dicūt ⁊ persuadēt numeroꝝ esse aiam ⁊ suscipiūt oia talia q̄ nūeroꝝ sunt esse separabilia. Similiter aūt dicūt ⁊ mensuras mathematicas esse numeroꝝ sicut diximus in antehabitis: palaz ergo est ex dictis q ratio ista aduersans est sibi ipsi et contraria dicit ⁊ quia numerus est dimensiones numerus non est separatus: quia dimensiōes nō sunt separate: similiter autem cum anima in eo q anima separata non sit ⁊ numerus sit anima numerus non est separatus ⁊ q modo dubitatum est ab istis ꝓpter q ħ separatum ponunt numerum soluitur ab ita dicentibus q verum quidem est q passiones numeroꝝ ꝼm q probant de proprijs subctis nullatenus sunt in sensibilibus: que sunt de numero existentium quia passiōes insensibilium ꝼm rationem diffinitiuam abstractoꝝ non sunt passiones sensibilium ꝼm rationem diffinitiuā cum materia conceptoꝝ: tamen ꝼm esse nihil probibet eas esse in ipsis sensibilibus: sunt autem quidaz aljs qui ꝓpter ħ q punctum ⁊ linea ⁊ superficies sunt termini punctum quidem linee ⁊ linea superficici ⁊ superficies corporis existimant q necesse sit q tales nature sint species ⁊ formales cause rerum: decepti in hoc q forme est terminare ⁊ extremitatis licet termin⁹ equoce

ꝓueniat

conueniat eisdem ⁊ oportet nos hanc rationez non minus inspicere q̄ eā que est de numeris inquātū est infirma: ⁊ ostēdere infirmitatē ipsius: nō enī subē ⁊ subales forme sunt vltima quantitatis ꝓpter hoc q̄ terminant: sed sunt magis omnia illa termini: multa enim terminānt que non sunt forme substantiales qm̄ ⁊ ambulationis: ⁊ oīs motus localis ꝓcessiui est aliquis terminꝰ. Sz si vez esset q̄ isti dicūt sequeret q̄ oueniēs ad talē terminū: esset ḣ aliq̄d ⁊ suba aliqua q̄ est absurdū. In alijs aūt motibꝰ ⁊ mutationibus terminus est forma subalis vel accidētal: sicut in alteratiōe ⁊ generatiōe. In augmēto aūt terminus ē ꝓfectio quātitatis: ad huc sensibiliū quorūdā q̄ sūt apud nos aīa erit terminꝰ ⁊ forma ⁊ p̄ctus ⁊ linee ⁊ superficies nō sūt q̄d siue q̄d ditas ipsoz: in hijs enī q̄ sūt aiata dicit ratio diffinitiua talē esse terminū. Quare igit ⁊ ꝓpter quā cām mathematica ponūt esse segabilia vt sint termini ⁊ forme sensibiliū p q̄ sint ⁊ sciant sensibilia. Amp. aūt aliqs non valde ens optimus sz ipiobꝰ: ꝓtra istos q̄ret de nūero omni quē ponūt: ⁊ sūt de mathematico: cū enī ponantur multi esse numeri nō vident ꝓferre sibi aliq̄d mutuē priora posteriozibꝰ. In talibus enī causis posteriozes exeūt a priozibꝰ: sic aūt nō ē q̄ posteriozꝝ nūer⁹ mathematicus exeat a priori q̄ est idealis: nec itez numerus mathematicus nō ꝓfert aliq̄d ad eē dimēsiōis quē si ponamus nō esse nūerū non ꝓpter ḣ minus erūt dimēsiōes apud eos q̄ solas dimēsiōes dicūt esse mathematica ⁊ existētibꝰ solis dimēsionibꝰ nihil ꝓhibet aiam ⁊ corpora sensibilia esse sine omni nūero: nō enī videt esse parē tela quedā inter ḣ vt ex idealibꝰ nūeris sint mathematici ⁊ ex mathematicis nūeris sint demēsiōes ⁊ ex dimēsionibꝰ mathematicis sensibilia: nā enī existēs accidētal ad aliq̄d nō videt esse sicut ex parētibꝰ sicut lugubres tragedias parētū in filios discribūt poete q̄ numerus accidit dimēsionibꝰ ⁊ possunt esse dimēsiōes ⁊ sensibilia sine nūeris. Hoc aūt inconueniēs q̄ mō dictū est effugit ab eis q̄ ponūt ideas illi enī faciunt ⁊ generāt mēsuras ex mā prima quā oīt esse indefinitā quātitatē ⁊ ex nūero dicētes punctū esse vnitatē positā ⁊ hanc in mā fluere vt duo ⁊ facere lineā ⁊ p fluxū linee in quatuor puncta generāt superficiē: ⁊ p fluxū superficiei in māz ⁊ in octo p̄cta fieri dicūt corpus: ⁊ ideo binariū dicūt esse primū linearē nūerū quaternarium aūt primū quadratū: ⁊ octonariū primū esse cubicū: ⁊ q̄z sic ex nūeris ꝓducūt dimēsiōes effugit eos illud inconueniēs q̄ est priora nō ꝓferre posteriozibꝰ: dicūt enī q̄ nisi mā ponatur ex qua fiūt dimēsiōes: q̄ nihil erit q̄ sit fundamētū portās formā nūeri sz ea oīa q̄ sic fiūt nūero prius erūt idee q̄ sūt prime forme separate. Et si ita nō dicat tunc ḋs esset locus idearū: tūc enī nō haberēt locū inter causas nec aliq̄d ꝓferrēt entibꝰ ⁊ lz ḣ ꝓ inconueniēti cōcludāt tn̄ sicut sepe diximus ꝓ certo idee nihil cōferūt ad esse: sicut nec mathematica apud illos q̄ eas ponūt esse causas aliq̄d ꝓferūt ad esse entiū: vel ad sciētiā ipsoruz nullū enī penitus thozema in mathaticis qualiter ḣ vel illud mathematicū ꝓstituat hāc vel illā subaz nisi aliqs velit mouere ⁊ trāsferre mathematica p similitudines adaptationū ⁊ sic facere velit quasdā ꝓprias nō vtes opiniōes q̄ nō sūt thozemata demonstrabilia. Est aūt nō difficile sic accipere quascūq; suppositiōes mathaticas: ⁊ ad alia quedā eas ꝓducere ⁊ ꝯglutinare eas eis p adaptatiōes similitudinū. Igit oēs isti ea cā q̄ dicta est ideis inhiantes plusq̄ oportet peccāt in mathematicis principijs q̄ ponūt: alij vo primo faciūt duo genera nūeroꝝ q̄ dicūt esse principia spēz videlz nūerū ⁊ mathematicū. Et isti nullaten⁹ dixerūt nec ēt ex hijs que posuerūt habuerūt facultatē dicēdi quō ⁊ ex quo sicut ex principio erit mathematicus nūerus ex idealī nūero Hij enī faciūt mathematicū nūerū mediū inter idealez siue spūalez nūerū ⁊ sensibilē. Si enī isti volunt dicere q̄ mathematicus nūerus ꝓducitur ex magno ⁊ paruo idē illi nūeri erūt ipsi q̄ sūt idea nūeri q̄z magnū ⁊ paruum absoluta nō sūt nisi idee magni ⁊ parui. Alius vero nūerus secūdus: vt dicūt est numerus parui ⁊ magni q̄z isti mēsuras faciūt ex nūero parui ⁊ magni indefiniti accepto. Si aūt aliqs dicat aliq̄d diuersum a numero parui ⁊ magni esse elemētū magnitudinum quas faciūt ex nūeris ille plura dicit esse elemēta q̄ dualitatez parui ⁊ magni: ⁊ ḣ ē ꝓtra hipoc. q̄z ex vno cū dualitate vt diximus oia dicūt generari: ⁊ si dicat q̄ vnū q̄d vtriusq; parui videlicet ⁊ magni est cōe principiū tūc queremus q̄d erit ipsum vnū q̄ in ipsis principiū cōe est: ad huc aūt querēdū est: quō tunc multitudo quedā sit magnū ⁊ paruū cū ipsa sint vnū q̄ est in eis ⁊ quō ꝓtingat simul cū ḣ nūerū fieri ex eis cū sint vnū. Magnū enim ⁊ paruū fm istos sunt prima simplicia contraria q̄ in se habēt pluralitatē dualitatis idefinite. Adh āt alr obiciēdo fm illū q̄ sic dicit vnū esse magnū ⁊ paruū: iposſibile est esse oīa ea ex vno ⁊ dualitate indefinita q̄z fm eū dualitas redit ad vnitatē. Sed p̄ocul dubio sicut prius diximus ista q̄ dicūt antiqui aduersant ⁊ sibi ipsis inuicē ⁊ aduersant hijs q̄ fm veritatē sūt rationabilia: ⁊ videt esse in eis simonidis poete longa oratio q̄z sicut ille ita ⁊ iste nihil sanū dicūt: vident etiā isti nō ex rōne quidē ponere magnū ⁊ paruū esse elemēta: sed potius vident ea violēter acclamare p ꝓtētionē ⁊ attracta ꝓtra rei nām: nullatenus enī pōt aliq̄d generare nūeruz nisi duplicatū ab vno fm ꝓgressionē cū nūerus sit coaceruatio vnitatū ⁊ sic ad numerū nihil faciunt magnuz ⁊ paruū: absurdū est etiā facere generationē eoz q̄ sūt sempiterna entia: ⁊ est ḣ magis vnū quid de numero impossibiliū q̄ q̄ ponat esse verum: nō oportet ergo nos dubitando inquirere: vtrū pythagorici vere faciunt generationē aut non faciant. Manifeste enim dicunt q̄ vno constituto qō dicunt vnitatē sensibilē siue ḣ constituat ex superficiebus mathematicis: siue ex caloze qui est forma physica simplicis corporis siue ex spmate qō est genitura animatoꝝ siue etiā constituatur ex quibusdā que dubitant dicere esse principia sicut est rectuz indeterminatū qō proxime est infinito q̄ dicunt esse principiū ⁊ vt generaliter dicatur quocūq; modo constituatur vnū ḣ est attractum ad esse ⁊ terminatum termino essentiali q̄z aliter vnū non esset diuisum ab alīs nisi esset sic terminatū: ⁊ sic patet q̄d dicunt eoz que sunt esse generationē: sed qui dictis suis sic decorant: ⁊ physice dici volunt iustū est eos inuestigare ea que sunt de natura per principia naturalia ⁊ hoc quidē non faciunt: sed tractatus iste presens modo dimittatur a nobis: q̄z nos ḣ querimus principia que sunt i imobilibus substātijs ꝓpter qō etiā taliū numeroꝝ quales induxim⁹ a nobis ḣ est perscrutanda generatio: quia illi imobiles esse substantie ab antiquis ponebantur. Antiqui autez numeri q̄dē imparis generationez non dicunt quasi palaz sit quia exīstit impar numerus per generationē numeri paris parē autē primū inter pares numeros qui est dualitas faciunt ex inequalibus quidem ipsoruz que inequalia dicunt esse magnum ⁊ paruum equata: ⁊ ad equalitatem reducta. Si autem verum est quod dicunt necessarium est q̄ illis equatis prius insit inequalitas ex qua reducta sunt ad equalitatē. Si enī semper fuit

sent equata siue equalia: tunc non fuissent primo ine/
qualia cum autem ipso numero ,magni ⁊ parui nihil
sit prius: videtur ꝙ non fuerunt prius inequalia: ⁊ ideo
palam est ꝙ nō faciunt generationem nūeroꝝ speculan
di cā ⁊ demōstrādi: ſz potiꝰ vt oñdāt sensibilia esse ex
ipso: fm speculationē eni vt iā habitū ē nō pōt fieri bi/
narius ex inequalibꝰ equatis: qz equari dicebant in qua
lia p mixtionē magni ⁊ parui ad quāti generationē.

Incipit Tractatus.ij.tertij decimi libri prime phīo/
sophie in quo inquirit qualiter p̄inducta p̄incipia se ha
bēt ad bonū ⁊ optimū.

Cap̄.primū in quo ponit opinio eoꝝ ꝙ bonuz ⁊ opti
mū nō dicebāt esse p̄incipiū sed potius potētia equali
regnare bonum ⁊ malum.

b Abet aūt dubitationē magnā si nō con/
tēti sumus ꝙ loquamur in cōi de princi
pijs: ſz iuestigauerimus primi principij
interpretationē ꝙd sit fm nām ⁊ suppo/
sitū: sic eni vt in.xj. huius phie li. ostēdi
mus prima suba sepata ē bonū ⁊ optimum oīs boni.
Queramus igit ab hijs ꝙ nūeros oñt esse subas sepa/
tas ⁊ p̄incipia entiū quō se habet p̄incipiū qō ponunt
ad id qō est bonū ⁊ valde bonū: ⁊ optimū. Adhoc eni
fm aliquē modū opz ꝙ se habeāt p̄incipia p̄ia: ⁊ cle/
mēta q̄ isti ponūt: dubitatio eni est ꝙd eoꝝ sit p̄incipiū
bonū: ⁊ vtrū ē aliqō illoꝝ p̄incipioꝝ id qō volumus
⁊ intēdimus dicere bonū ⁊ optimū aut nō ē aliqō p̄in
cipioꝝ bonū ⁊ optimū ſz sicut dixerūt ꝙdā bonū ⁊ o/
ptimuz sunt ex p̄incipijs posterius genita: a theologis
eni ꝙbusdā ꝙ sūt de adhuc tpe Aristo. p̄sentibꝰ in vita
⁊ phīa: videt esse p̄fessuz ħ ꝙ bonū ⁊ optimuz nō sunt
p̄incipia ſz genita ex p̄incipijs: ⁊ illoꝝ fuit eudoxus:
⁊ ꝙdā alij tūc p̄sentes in phīa: isti eni nō oñt apparere
valde bonū ⁊ optimū nisi p̄euemēte mā entiū ⁊ sicut i
antehabitis dictū est p̄fectū ⁊ bonū dicebāt esse p̄inci
piatū ⁊ imperfectum ⁊ malo permixtū dicebāt ee p̄i/
cipiū boni ⁊ optimi: hoc autem fecerūt ideo qz ad eru/
bescētiā ducti fuerūt ex quadā vera difficultate quam
obiciebāt sophe ⁊tra oēs illos ꝙ dicebāt vnū esse p̄inci
piū oium māle: sicut quidā antiquoꝝ dixerūt: fm enim
illos: accidit ꝓ certo impfectū esse p̄incipiū p̄fecti ⁊ p
mixtū malo p̄uatiōis esse p̄incipiū boni ⁊ optimi: est
aūt ħ difficultas eueniēs nō ideo: qz bonuz reddat siue
attribuat ħ ꝙ oñt ita ꝙ ipm qō vere p̄incipiū existens
sit sicut oñt ſz potius iō qz oñt vnuz esse p̄incipiū ⁊ ele
mētū māle entiū ⁊ oñt ꝙ nūerus est ex vno ptāte: ⁊ qz
nūerus ex vno est ptāte: ⁊ nūerus est cā entiū ideo po/
testatē oñt esse p̄incipiū entiū ⁊ sic impfectū ⁊ pmixtū
malo oñt esse p̄incipiū: ꝓpter qō etiā antiq videtes ꝙ
ex vno māli principio ꝓcedūt entia p ⁊trarioꝝ actionē
⁊ passionē dicebāt bonū ⁊ malū esse p̄incipia ⁊ p̄inci
piū lucis ⁊ p̄incipiū tenebraruz ⁊ p̄incipiū hūoris: ⁊
abyssum absorbēs oia. Et iō dixerūt similr inequali
potētia ⁊ regnare ⁊ p̄incipiari ñ ꝙdē p̄ios deos ꝙ sī p̄i
cipia imperfecta fz eos qui sunt vt nox ⁊ celū ąꝫ vnū
est p̄incipiū p̄cedentiū: ⁊ alterꝫ p̄incipiū lucis seqn
tis: aut ēt caos qō est abyssus absorbēs q̄ precedit aut
oceanū ꝙ p̄incipiū est hūoris ꝙ vite est subm: Sz touē
pfectissimū oiuz ⁊ sublimē deem nō dicebāt primo re/
gnare ſz postea ex alijs oīs genitū: hijs aūt cōtingit ta
lia dicere ꝓpter ħ ꝙ videt ꝙ illi ꝙ p̄incipiāt i entibꝰ fz
oēs virtutes suas sūt ꝓtinue trāsmutabiles ⁊ amittētes
virtutē ex ⁊trarioꝝ successiōe qm̄ dicere ꝓtingit ꝙ oia
sūt pmixta ex pmixtiōe ⁊roꝝ p̄incipatuū: ⁊ hoc oñt
nō fabulariter: ſz expressa veritate sine tegumēto fabu
larū: ⁊ ħ mō dixit fericida pbus: ⁊ alij sapiētū ꝙdā qui
oñt ꝙ primū dignitate qō est bonū ⁊ optimū est genera
tū ex p̄incipijs primis ⁊ elemētis ħ etiā ꝙdā magni de
nūero posteriozum sapiētū dixerūt vt Empeđ. ⁊ Ana/
xa. quoꝝ ꝙdē empeđ. vz dixit amorē ee elemētū oium
ille vo. ſ. Anaxa. dixit oiuz p̄incipiū esse intellectū: ſz
inter eos qui imobiles subas dixerūt esse p̄incipia hij
ꝙdē oñt ꝙ ipm vnū siue vnitas est p̄incipiū qō est val
de bonū ⁊ dicūt vnū ⁊ vnitatē esse subaz oium qz pu/
tāt ꝙ vnū maxime sit ens ⁊ entiuz cā: ea igit dubitatio
in qua nūc sumus ē: vtrū oporteat nūc dicere bonū p̄in
cipiū aut p̄incipiatū: mirū aūt videt valde si ei qō est
primū simplex ⁊ sempiternū ⁊ sufficiēs non existit ħ: ⁊
ꝙuent ꝙ ꝙdē ꝙ est p̄incipiū sit valde bonū ⁊ ꝙ ipm p se
sufficiēs sit ⁊ salus: ⁊ non accipiat illud ab alio sicut id
qō egredit de potētia ad actū: qō eni ⁊corruptibile ē nō
est ꝓpter aliud qō ipz ad esse deducat: ꝙ eni incorrupti
bile est nō eo siue ab eo ꝙ bene se hz: nec ē p se sufficiēs
sicut generata sūt ꝓpter generās ꝙ bene se hz ad agen
tis nāz: nec tm̄ ē p se sufficiēs sicut generās determinatū
vt hō bene ꝙdē se hz: ſz tm̄ sine primo vniuersalit mo
uēte nō est sufficiēs. Impossibile est igit ꝙ primū p̄in
cipiū appareat esse tale: ꝙ sit ipm vnū qō est nūeri p̄in
cipiū aut etiā si ħ nō est p̄incipiū ipossibile est ꝙ appa/
reat nūc elemētū: ⁊ tale elemētū ꝙ sit elementū quoꝝ
cūqz nūeroꝝ qz tal p̄incipiū vt diximus est potentia ⁊
imperfectū ⁊ malitie p̄mixtū: accidit eni ex ħ si ita dicat
multa difficultas quā ꝙdā fugiētes abdicauerūt ⁊ a po
sitiōe recesserūt cū tm̄ aliqñ dixissent vnū ꝙdē p̄incipiū
esse primū ⁊ elemētū: ⁊ negauerūt vez esse ꝙ prius ve
rū esse ꝓfitebāt. Mathematici aūt q mathematica om
niū dicebant esse p̄incipia dixerunt numerum esse p̄in
cipium oium: dicunt eni ꝙ in numero oēs vnitates sūt
⁊ generant quēadmodū sit ⁊ generatur valde bonū ⁊
optimū quid.

Cap̄.ij.qualiter malū participat ab entibꝰ ⁊ est regio
⁊ locus boni fm opiniones alquoꝝ.

T multa ⁊ multip̄ ex est inuestig atio iter phi
e losophos valde bonoꝝ. Amp̄. autē si spēs
ideales ponant esse nūeri tantū fm ħ ꝙ nūeri
sūt prime sube sepate sequit ꝙ oēs spēs sūt bonū quid
qz sunt ⁊ quidditates ⁊ bonū: qō vt diuinū appetūt oia.
Sed qōcūqz vult ponat aliqs ideas: nā si dē ꝙ idee sī
de numero bonoꝝ solozū sequitur ꝙ idee nō sunt sub/
stantie entiū si aūt est bonū etiā substantiaꝝ: tūc sequit
ꝙ oia alia ⁊ plante sunt bona: ⁊ ea que etiā participant
bonū ⁊ optimū: ⁊ ħ non dixerunt auctores ideaꝝ qui
vnā ideā dixerūt esse: sicut alterius entis qō est in gene
re vno: bonū eni dixerunt esse ens in genere qualitatis
ħ aūt inconuenientia accidunt: ⁊ accidit etiā ꝙ si vnum
est elementū: ꝙ etiā contrariū vni ⁊ bono sit elementū
sicut quidā dicunt illud vni contrariū elemētū esse plu
ralitatē: siue etiā ꝙ illud sit inequalitas que est magnuz
⁊ paruum: ex quibus fiunt omnia cum vno: ⁊ dicit ꝙ ip
sum elementū inequalitatis ⁊ pluralitatis est ipsum ma
lum ꝓpter ꝙ etiam ille quem effugit bonū ita ꝙ non
potest copulare ipsum vni ꝙ est in potentia omnia eo
ꝙ necessariū sit ꝙ sit ex contrarijs generatio boni per/
fecti fm actū dicit malum esse pluralitatis naturā forte
ideo quia bonum est ex vna ⁊ tota sola causa malū au/
tē est omnifariā sicut determinatur in ethicis. Alij ve
ro dicunt inequale mali naturā esse: ⁊ non copulant bo
nū cū vno eo ꝙ est vnū elm ⁊ ptāte q̄dā ens bonū au/
tē fm actū ⁊ fm vtrosqz hos accidit oia p̄incipare ma/
lo sicut participāt pluralitatis: vel inequalitatis nature

preter vnū

preter vnum q̄ est semp̄ vnum idem: ⁊ ħ est vnitas ip/sa: ⁊ maxime accidit pticipare malo in eo q̄ pmixtū ē ⁊ pticipat nūeros aut mēsuras: ⁊ isti dicūt q̄ malū ē regio ⁊ locus boni eo q̄ eādē dicebāt esse receptionē loci ⁊ receptiōez materie q̄ tñ nō est vez sicut ostensuz ē in.iiij.phicoꝝ: ⁊ dixerūt q̄ corruptibile desiderat bonū: sicut dictū est in fine primi phicoꝝ: vnū enī ꝓtrariū corruptiuū est alterius: ⁊ vt gnaliter dicaī quēadmodū diximus: q̄ mā est ptāte: sicut id qō est ignis actu ꝓius est ptāte ignis. Sic oñt q̄ ipm malū ē ptāte bonū: malū enī in talib⁹ est ꝓtra naturā formē esse: ⁊ ideo maluz ſm suppositū q̄ supponit ē mā sub ꝓuatiōe: ħ āt inconuenīēcia oia accidūt ex diuersis q̄ supponūt q̄ sūt facta circa prima principia: ħ enī qō dicūt q̄ bonū ē generatū sequit ex ħ q̄ oñt q̄ illud principiū: qō est oiuz primuz ē elemētū: quot aūt ⁊ quales sint pticipat⁹ mali ⁊ boni sequit ex ħ q̄ dicūt q̄ prima principia sūt ꝓtraria: q̄ aūt ꝑfectū ⁊ optimū sit potētia nūerus ⁊ multiplicet sequ/tur ex ħ q̄ ꝓcedūt q̄ vnū qō ē principiū nūeri sit primū principiū ⁊ suba entiū: q̄ aūt bonū ⁊ optimū sit nūerus ⁊ spēs ideales sequit ex hoc qō dicūt q̄ prime sube sint nūerus ⁊ spēs ideales ⁊ sepabiles. Si ergo ſm istoꝝ dicta sequit qz poni bonū inter principia est impossibile ⁊ q̄ nō poni ipz iter principia sit iteꝝ impossibile patuz est q̄ ħ est ideo qz ſm dicta eoꝝ principia male reducūt ⁊ adaptant entib⁹ q̄ si recte ponerent nihil sequeret inconueniēs nec prima principia inter ea q̄ sūt principia recte ponunt ꝓcedere ab hys q̄ nō sūt indeficta sicut est mā ⁊ ea q̄ sūt ptāte: prima enī principioꝝ defiuta sūt ⁊ a nullo fuit sed sūt cā omniū. Illi aūt oñt q̄ sūt imꝑfectoꝝ imꝑfectissima. Dicūt enī q̄ sī potētie ꝓxime ex quib⁹ fit vnūqōq; q̄ sūt q̄dē imꝑfecte: ipz iter alia imꝑfecta sūt ꝑfectioza q̄dā cū tñ totū ꝓtrariū sit verum qz sūt ꝑfectissima: ⁊ sūt act⁹ deducētes ad actū esse imꝑfectū. Necigit est cā ꝓpter quā: sic se habere res oñt in primis principijs: ⁊ ideo oñt: q̄ etiā ipz vnū qō ē principiū non est ens q̄d determinatū: sed ptāte tñ est quid ens ⁊ ħ totū accidit vt diximus: qz oñt q̄ idē est principiū ⁊ elemētū: ⁊ cū elemētuz nō sit nisi ptāte dicunt q̄ principiū nō sit nisi ptāte. Sunt aūt ⁊ ħ apud nos: vt modo nō loquamur de primis principijs ipz de ꝓximis quedā principia perfecta ſm actū existētia ex quib⁹ sūt ea q̄ sūt imꝑfecta: homo enī q̄ est actu perfectuz principiū generatiōis generat ⁊ ab ipo est spma: ⁊ ideo spma nō est primū generās: ⁊ ita poterant scire q̄ ante oia q̄ sūt ptāte: sūt ea q̄ sūt actu: ⁊ q̄ prima principia sūt ꝑfectissima nihil ꝓtrariū habētia: ipz qz in antehabitis ħ sufficiēter determinata sūt ideo hic relinquant.

Cap̄.iij. ⁊ est ꝓtradictio ꝓtra eos q̄ oñt mathematica esse in loco ⁊ ꝓtra eos q̄ oñt q̄ ea que sunt ex elemētis prima sunt numeri discreti.

a Bsurdū aūt ē qō dixerūt q̄ solida mathatica haberēt locū: qz ipz determinatū sit in.iiij.phisicoꝝ q̄ locus dādus sit mathaticis: tñ ħ nō suit intellectū: nisi ſm q̄ locus est quātitas: ⁊ non ſm q̄ locus est nālis ⁊ principiū generatiōis: locū aūt ſm q̄ est principiū generatiōis dederunt mathematicis illi q̄ mathatica principia entis ⁊ generationis esse dicebant ⁊ ħ ē absurdū: locus enī sic dict⁹ mēsura est esse ⁊ singulariū sensibiliū est ꝓprius: cui⁹ signū est qz illa sepabilia sūt a loco q̄ motū ⁊ mouent de loco ad locuz ⁊ non mathatica: qz nō sūt sic vbi sic phica: ⁊ iō q̄ram⁹ ab eis q̄d est dicere qz ħ mō vbi erāt ⁊ iterū q̄ramus q̄d est locus in quo sūt mathatica ⁊ nō poterūt rndere. Similiter aūt ⁊ nūc oportet q̄ illi q̄ oñt entia ex elemētis esse q̄/busdā ītelligibilib⁹ dicūt cū ħ q̄ prima q̄ sūt ex illis sint nūeri diuisiue discreti: queramus enī ab eis quō sit dicere sic aliud ex alio esse: qua enī trāsmutatiōe nūerus ē ex nūero aut ex principijs nūeri: queram⁹ enī vtrū alia/qua mixtura elemētoꝝ nūeri numerus est ex principijs nūeri: ħ.n. dici nō pōt: qz sicut ꝓz ꝓ ea q̄ ītime primi phicoꝝ dicta sūt: nō omne factū pōt miscere: ⁊ inter alia q̄ misceri nō possunt sūt principia nūeroꝝ ⁊ ipsi nūeri ipsum etiā factū qō fit qō est vnū nō sit diuersuz ⁊ alterabile a se ꝓ mixtionē cū remaneat sepabile ⁊ sepatū ⁊ discretū: ⁊ ħ modo cōiungi aliqua nō est de ratione misceibiliuz ⁊ mixtionis: nec pōt dici q̄ sit alio mō cōmixtio q̄ que ē miscibiliū alteratoꝝ admixtē vnio. Alij aūt ad/hūc rñdētes q̄ nō sit talis vni⁹ ⁊ principioꝝ nūeri cō/mixtio: sed sit ibi compositio: ad entiū ⁊ nūeroꝝ constitutiōez: sicut in syllaba cōponunt littere q̄ tñ manent discrete in sonis elemētoꝝ quāuis indiuisibiliter ꝓnūcientur. Si aūt sic dicaī tūc necesse ē q̄ nūeri q̄ sunt cause entiū: sint ⁊ existāt sepatim ex vno ⁊ ille q̄ intelligit ea ꝓ cōponētia intelligit vnū qō est suba nūeri: ⁊ intelligit pluralitatē q̄ est quasi forma nūeri: in hoc enī est ꝓstitutus nūerus ꝓ hūc modū: vnitas vt suba nūeri aut pluralitas vt forma nūeri: aut si cū vno inequale ē principiū nūeri: tūc nūerus ſz ħ erit vnū ⁊ inequale discreta ⁊ cōposita sicut discrete ⁊ composite sunt littere in syllaba ⁊ qñ ex talibus taliter cōpositis est esse nūeri ē ꝓ certo vt ex eis q̄ isūt discretiue posita ⁊ cōposita ⁊ vnū q̄dē ē principiū nūeri: q̄si id qō nō oū est nūerus: sed ptāte est oia nūerus: sic enī vnitas ē principiū nūeri quasi de numero eoꝝ q̄ insūt nūero existēs: ⁊ ħ mō vnū nō est nisi generatio siue potētia generatiōis eoꝝ nūeroꝝ quoruz ipsa vnitas ē principiū ſz ħ ē vt dixim⁹ ꝓ modū illū per quē ex ſpmate ē generatio: q̄ ē ex eo q̄ ē potētia. Sed nō dicit ħ q̄ sint nūeri: ex vno q̄ possibile sit aliq̄d abire ex ipso ꝓ diuisionē cuz sit idiuisibilis ſz ideo dicit qz nūeri ſm subam suā malē nō subsistūt ex ꝓtrarijs. Sz quecūq; sic sūt ex vno māli principio oportet q̄ etiā ex aliquo alio sint subsistētia q̄ sit formale in ipsis sic/ferentia ꝓstituēs ea in esse. Et ideo qz aliqs antiquoꝝ ponit q̄ vnū sit ꝓtrariū pluralitati. Alius aūt ponit q̄ sit ꝓtrariū ei qō est inequale: ⁊ ideo vtrū vno tāq̄ equali: ⁊ sic dicit q̄ q̄si ex ꝓtrarijs est nūerus. Sic ergo ſm antiquos aliq̄d est ouersum ab vnitate ex q̄b⁹ nūerus est aut fact⁹ est quoꝝ vnū est sicut subsistēs q̄ ē vnitas ⁊ alteꝝ est sicut forma ꝓtraria vno ſm q̄ est sub numeri ꝓuatiōe. Amp̄.aūt disputātes ꝓtra istos: queramus quare oia alia q̄ cūq; sūt ex ꝓtrarijs aut ēt q̄b⁹ sī alia cōtraria vt simplicib⁹ elemētis corrūpunt. Nūerus autē q̄q̄ ex oi ꝓtrarietate sit nō corrūpit: nihil enī de ħ dicit ab antiq̄s ⁊ videmus q̄ ipm q̄ ineſt in aliquo ꝓtrariuz corrumpit ipm: sicut Empedo dixit q̄ odiū corrūpit mixturā. Cū aūt nūerus nō corrūpat ab aliquo q̄ insit sibi nō oportebat nūeꝝ ex ꝓtrarijs cōponi dicere: non enī ē aliq̄d ꝓtrariū nūero peccāt aūt in ħ antiq̄: qz cū dicerēt nūeros eē cās ⁊ subas entiū: nihil differuiū est ab eis de ħ: vtrū nūeri sint cause eē ⁊ subarū: ⁊ q̄liter sint cā vtrū ꝟz sint cā sicut termini dicunt cā: sicut q̄dā oñt puncta causas ⁊ terminos formales mēsuraꝝ sicut diximus in antecedētib⁹. Euripp⁹ aūt q̄dā de secta istoꝝ ordinauit q̄s nūerus cui⁹ eēt entis cā vt q̄ ħ q̄dē numerus eēt cā hois: alius vō eq̄ ad modū arismeticoꝝ qui nūeros q̄ sūt dicētes esse ad figuras ⁊ figurarū ordines rū. Et ideo de figuratis ⁊ superficialibus numeris dicunt vnum esse triangulum ⁊ alium quadrangulum

Et sic isti ex similib⁹ cruciationib⁹ oñt quosdā nume

ros esse formas plātarū ideo qz sūt illi nūeri aut rō aut ꝓsonātia quedā numerozū respondēs cōplexioni plantarū. Similiter aūt ēt hūc nūerū dixerunt esse aliorū qlz passiōes: passiones vo nūeri dicūt eē albū ⁊ dulce: ⁊ calidū p adaptatiōes q̄sdā ⁊ sic attribuūt oia nūeris.

Cap. iiij. q nūeri nec sunt cause formales nec efficientes nec finales entium.

Quod aūt nūeri nō sint sube ⁊ forme dātes eē entib⁹ palā est ex hijs q̄ nūc dicēt: suba. n. est ratio diffinitiua rei ⁊ q̄ddītas. Numerus au tē est mā sicut est mā carnis aut ossis nūerus q̄dē elemē toz ⁊ subaz q̄ cōponunt carnes ⁊ ossa: dīt eni q sic cōmixta terra ignis ⁊ aq̄ duo ꝓstituūt carnes aut ossa sicut dixit. Empedo. q os ē ex octo ptib⁹ quaz q̄ttuor dant vulcano ⁊ sic dīt q semp aliqs nūerus est id q̄si sit sic semp nūerus aliquoz vt igneus aut terreus ⁊ dicūt q monadicus ē aliqñ qñ id qō ē vnius ⁊ simplicis est nāe: ſz suba formalis est nñ h esse fm id qō est: ⁊ est ad tñ h q fm mixturā ⁊ mixtiōis rationē ē: h aūt nō ē nūerus: ſz potius formalis rō mixture nūeroz corporaliū aut q̄litibz nūeroz aliozū mālū q cōmixti sī: hīc aūt nūeri nō sī cāe formales entiū ita nec sī faciēdi cā q vocat cā efficiēs ⁊ h pz p se: qz nō q nūerus aliquid de nūero agētiū vl mouētiū vñ gñaliē loq̄ndo nec nūerus pluralis nec mōadicꝰ ē cā aliq̄ q sit rō vl mā vl spēs vel efficiēs cā rez. Sz forte dicet aliqs q nūerꝰ ē cuiꝰ cā ⁊ finis ⁊ tē dubitauit aliqs q̄dē illō ens siue vnū qō ē ex nūeris. Si eni grā exēpli referamꝰ ad bonū i medicīa dicemꝰ qz in nūero est mixtura q̄daz: ⁊ illa mixtura aut ē i mixtura rōnabili ⁊ ꝓportionali mixtoz ad finē sanitatis aut ē in mixtura impi q nō ē ꝓportiōalis sanitati nūc aūt pōt esse q nihil sanius ē ter tria cōmiscēri si debeat fieri mellicratū p mixtuz: sed aliqñ magis iuuabit quādo ē aquosuz in nulla rōne ꝓportiōis existēs quā si sit paz aquosuz ⁊ tñ sit in nūero ⁊ ꝓportione seruata ⁊ mixtū eo q sūt diuerse ifirmitates ꝓpter q̄s opz plus ⁊ minꝰ esse aquosuz. Amp. rōnales mixture tales sūt in additiōe nūeroz fm quas additiōes sūt diuerse ꝓportiones que sunt p mixtionē que fit in numeris sicut dicimꝰ ter tria se habere ad duo in quadruplici sexqualtera ꝓportiōe ſz in h eadē ꝓportiōe nō dicimꝰ q sic se hēant ad ter duo: ſz potius ad ter duo se habēt ter tria in ꝓportiōe sexqualtera tm̄. In simlibꝰ eni ꝓportionibus: oportet idē genus esse multiplicatiōis ꝓpter qō ēt opz mēsurari nūerū ꝓportionalē sicut si dicamꝰ q a sit principiū penes q attēdit ꝓportio oz esse versū qō id qō est. a. b. g. q est nūerus ꝓportiōatus. Et sīr p. d. qō est rō ꝓportiōis ⁊ principiū: oz querī sup. d. ⁊. c. ꝓportionatū nūeroz. Oia igit q̄ sūt in eadē ꝓportiōe mēsurātur p idē ⁊ sic dicūt q. e. c. g. ꝓportiōata sic sunt ignis q̄ sūt tria. Aque vo nūerus eo q spissior ē nō est tria: ſz ter tria: q̄ sūt triplū ad tria ⁊ sic ignis ⁊ aq̄ sūt ꝓportionata: ⁊ sīr dīt eē ō alijs elemētis qō si vez ē necesse ē q oia cōicent nūeris ꝓportionalibꝰ ⁊ necesse ē q multa eadem sint: ⁊ h sepe necesse ē q idē numerus sit in h ente: ⁊ i alio: ⁊ tūc etiā illa entia erūt vnū ens qō falsū est: qz duo nūq̄ erunt vnū: opz g dicere q h sit cā: sicut dictū est: ⁊ q ꝓpter illaz cām sit res ipsa in esse forma/li id qō ē aut opz dicere q nō est manifestū q quez modū est aliqs nūerus cursuū ⁊ motuū solis. Et iterū nō est manifestū p quē modū sit nūerus eoz q̄ sūt lune ꝓpria: ⁊ cuiuslibet vite ⁊ etatis alaluz hoz oium fm ea q̄ dicta sūt opz oēm quēdā nūez: q tñ nō ē manifestꝰ. Queramꝰ g ab istis q dicūt oium causas esse numeros q̄d ꝓhibeat hoz nūeroz q̄ sūt cā vite ⁊ solis ⁊ lune q̄s dā esse quadrāgulos ⁊ quosdā cubos ⁊ eq̄les in eo q eq̄liter sūt in se ⁊ in radice ducti quēadmodū cubū per ficiūt ⁊ alios quosdā esse duplos ⁊ alios in alijs esse ꝓportionibꝰ: nō eni pōt assignari aliq̄d qō ꝓhibeat: sed potius necesse est eosdē ⁊ eiusdē figure nūeros ⁊ eiusdē ꝓportiōis querti sepi⁹ ad idē ⁊ ad diuersa entia. Si hoc ꝓcedat qō dicūt q oia entia cōicauerūt nūeroz sic ꝓtingit q illa q̄ differūt specie ⁊ nūero cadūt sub eodē numero. Si igitur sic accidisset q aliqua inferiora habuissent eūdū nūerū illa efficerent eadē admirabilē. Cū eandē nūeri habeant spēm ⁊ sic sol ⁊ luna possent esse eadē cū aliqb⁹ inferiorib⁹ eundē nūerū essentialē cām sui esse habētib⁹ qō est absurdū ⁊ incōueniēs. Queramus eni ab istis quare he cause sūt cause. Scimꝰ eni in septenario nūero multa esse: septē eni apud grecos sūt vocales ⁊ septē sūt corde in aliquo instrumēto musico: aut etiā septē armonie ſz antiquos septē quoq; sī plyades ⁊ etiā aliq ponūt q̄dā in nūero q̄ sunt. viij. ⁊. x. ⁊ q̄dā dicūt nō esse in nūero illo. Itē septē sunt porticus q̄ sūt thebis: queramus igit an ꝓpter hoc q talis ⁊ tātus est hic nūerus: ideo illaque dicta sūt facta sunt septem sic oportet dicere q septenarius est causa istorum ita q ꝓpter hoc qō talis est septenarius plyades sunt stellaz viij. aut illi q sī aput thebas sint porticꝰ septē aut equer so septenarius est talis nūerus qz plyades sūt septē stelle ⁊ qz porticus sūt septē apud thebas aut qō verius ē hoc ē ꝓpter aliā aliquā cām. Hāc aūt cām quā diximꝰ septenarij cōputatioez ita nūeramus: cū tamē nihil cau salitatis habeat ad ista que p septenariū nūeramus qz i aia nūeramꝰ alio nūero: sicut arturi stellas: q̄dē nūerant p duodecim alij vo plures ponūt in eo q̄ cetū qz numerus stellaz imaginū celi apō diuersos diuersimode numerat: ⁊ ꝓsonātias q̄dē dicūt esse tres: ⁊ cuz querīt ab eis que sit cā q sint tres assignant cām dicētes qz ⁊ h q̄ q̄dā alia sūt tria sūt ⁊ si illa tuissent. x. milia nō curarēt q assignarent p causis: ⁊ h videt esse ridiculū: q eo alio q̄d sit cā alterius: qz est eiusdē nūeri cū illo nā qōcūq; signoz celi acceperunꝰ dicētes illud esse. d. k. p. erit vnū tignū qōcūq; stellaz ⁊ ideo nō possumꝰ dicere q est in tali nūero: q qōlz alioz ē duplū ad illud aliud aūt nō est duplū cam verā eni inspiciēdo dicemus esse talē sicut si causare velimus quare sūt tria loca piscatoz sup litus maris ⁊ dicemus qz h tria sūt sup q̄ vtilius inferē sagena qñ de mari extrahit: sed nō dicemus q ideo sūt tria qz tres sūt ꝓsonantie acuta grauis ⁊ media: qñ fm rei veritatē ꝓsonātie sūt plures: sed siue sint tot siue plures siue pauciores nihil facit ad hoc q tria sunt sup mare loca piscatoz h aūt ita posuimus ad oñdēdū q inconuenienter ponūt cās q̄ nūeros dicūt esse causas entiuz sed tñ h nō dū possumus eos q̄ de talibꝰ fm poeticas fabulas multa incōueniēter dixerūt: sicut est. Symules: ⁊ alij quidā ex homericis poetis q̄ ꝓpter paruas simili tudines: quas vidēt in rebus statum dicūt vnā esse causam alterius ꝓpter numeri similitudinē: ⁊ vident esse ista sicut somniozū: ⁊ methaphorazū adaptatiōes. Sz isti magnas cōueniētias q̄ sunt in veris ⁊ querītibilibus causis nō vidēt: sed pretervidēt. Dicūt eni quidā istorū multa talia sicut debētes rōnē reddere de hijs q̄ sūt apud mediā vbi sūt due distātie in ptib⁹: quaz vna est ix. ⁊ alia. viij. spacioz: ⁊ rō sūme eit q sūt in vniuerso decē ⁊ septē: q̄ numerus est equinūeralis in spacijs veniunt aūt in dextra quidē. ix. sile ⁊ in sinistra octo illorū q nūerāt syllabas ꝓsonātiaz ⁊ dīt q qz equalis est distantia ab. a. ad. b. que sunt signa illarum syllabaruz ⁊ a nichea ad acutissimam petram beatem vocatam in

partibus

partib⁹ denotatis. Ideo sunt vt ōnt tot syllabe inquā tū nūerus celi ē equalis hȳs fm longitudinem vel latitudinē mñ eni distat locus a loco in inferiorib⁹ quātū ē iter eqnoctialē ꝛ locū ad quē mensurat de gradib⁹ meridiani scōm quātū est iter pūctū oriētis ꝛ zenit capitis de ꝓib⁹ circuli longitudinis in quo mouet sol ab oriēte vsq; ad zenit capitis illius loci ad quē extēdit longitudo ꝛ in q̄ accipit zenit capitis. Omnia aūt h̄ sic dicere ludicrū est qz in oib⁹ nō cā ꝑ cā assignat ꝛ ideo non refert siue ista exēpla q̄ nos ponim⁹ siue alia magis nota ponant: que nos eni ponimus sūt fm Aristo. exposita ꝛ forte corruptus est lib. vnde tale est ac si dicat q; qz quattuor sunt plage mundi ideo quattuor sunt humores corpꝰ cōplexionatoꝝ: ꝛ qz. c. senatores fuerunt Rome: nō sūt. c. ꝓuincie q̄ Romanis subdebant: ꝛ quia tres sūt stelle in triāgulo q̄ apud Astronomos positio egypti vocat ideo tres sūt dimensiones corꝓis: vel aliud qōcūq; exēplū ponat: videre eni oz ne quis talia dubitādo disputet nec dicat nec Inueniat ꝑ adaptationes in sempiternis q̄ nō generant eo q; aliqn similia inuent in hȳs q̄ sūt corruptibilia qz in hȳs numeris sūt laudate nature ꝛ ꝓtraria nāꝝ vt ea q̄ sūt ligent ꝛ nō se inuicē destruāt: sicut dicit boeti⁹: q̄ nūeris elemēta ligas vt frigora flāmis arida ꝓueniāt liq̄dis: ꝛ sicut i nā laudāt numeros ita in ipsis nālib⁹ agētib⁹ ꝛ patētib⁹ totaliter laudāt ea q̄ sunt in mathematicis: sicut quidā ōnt: talia eni faciūt causas nature: ſz h̄ sicut diximus in sempiternis cauēdū est qz illa nō sūt ex ꝓtrarȳs ꝛ ideo non oportet q; ligent nūeris ad h̄ q; nō dissoluant: īmō etiā in istis sensibilib⁹ videt sic phantib⁹ tota nā coꝝ diffugere nullo nāq; modoꝝ q̄s ꝓz veritatē determinauim⁹ circa ꝓncipia entiū aliq̄d istoꝝ nūeroꝝ est cā: faciūt aūt illi q̄ ōnt nūeros cās h̄ q; dicūt manifestū: qz ōnt q; talis nūerus existit ꝛ est eiusdē coelemētationis in ꝓtib⁹ suis cū partibus rei cui⁹ est nūerus ꝛ ōnt q; ipar q̄dē nūerus ē boni ꝛ similiter positione quorūdam numerorum sunt boni ꝛ quorūdam mali: sicut est videre in spera quam de pronosticationibus fecit pythagoras in qua si deueniat ad supiorē numerū signū cīst vite ꝛ si ad iferiorez inspera deueniat signū ē mortis: ꝛ infortunȳ: ꝛ sic etiā dicūt ꝓuenire horas fastas vel infastas ad numeros tales vel tales: ꝛ alia quecūq; ōnt colligentes ea ex mathematicis thozematib⁹ ꝛ attribuētes ea nālib⁹ ꝛ periodis vite ꝛ etatū: oia eni talia huiꝰ habēt potētiā qualē dixim⁹ vnde assimilant nō cause q̄dē ſz ꝓcidētȳs accidentalib⁹. Dec eni sūt accidētia sibi inuicē fm quasdā ꝓporias ꝓcidētias ꝛ ꝓportiones: ꝛ nō sūt cause adinuicē: id eni q; est ꝓportionale aliquo mō est vnū fm ꝓportionis vnitatē sicut diximus: q; sicut rectū ē in longitudine sic est in latitudine leue siue planum ꝛ in numero impar ꝛ in colore albū: oia eni h̄ sūt ea q̄ magis ꝛ primo sūt cōueniēta ſz nām: ꝛ h̄ modo intēdūt aptare numeros entib⁹: nec tñ ꝓpter h̄ sūt cause. Amꝑ. nō pōt dici q; numeri sint cause spēȳ ꝛ formaꝝ nūeri dico coꝝ q̄ armonica sunt ꝛ armonicā habent cōpositiōez ꝛ taliū hmōi existētiū. Differūt eni nūeri adinuicē: q̄uis sint equales spē: ꝛ eni vnitates differūt in talib⁹ numeris oib⁹. Spēs aūt in nullo differūt: ꝛ ideo nūeri ꝛ vnitates nō sūt faciēde spēs: ꝑ ea q̄ accidūt ex sillo incōueniētia sūt ea q̄ dicta sūt q̄ q̄ Amꝑ. multo plura colligi possūt ab aliq̄ si qs velit adh intēdere. Uidet aūt esse thegminō sim: argumētū et⁹ qō dixim⁹ q; videlz nūeri nō sūt cause entiū h̄ q; multa patiūt male ex icōueniētib⁹ obiectis sibi circa generationē eoꝝ q̄ sūt q̄ dicūt esse ex numeris ꝛ tñ nullo mō possunt cōplecti q; nō sint sepabilia ꝛ separata mathematica a sensibilib⁹ sicut illi ōnt ea sep̄ata esse. Et qz nō ꝓssunt cōplecti ea esse sepata: nō possunt probare ea esse sensibiliū ꝓncipia. Dic igit̄ sit finis disputationis istius in qua nō dixi aliq̄d fm opinionē meā ꝑ priā: sed oia dicta sunt fm positiōes peripatheticoꝝ: ꝛ qui h̄ voluerit ꝓbare diligēter legat libros eoꝝ ꝛ non me sed illos laudet vel reprehendat.

Explicit Aureus Liber Methaphisice diui.

Alberti Magni.

Impressum Uenetiīs ꝑ Johannez ꝛ Gregoriū de gregoriīs fratres anno salutis. Mcccc.xciij. die. xvij. decembris.

Laus Deo.

Registrum Operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z ꝛ
Omnes sunt Terni Preter ꝛ qui est Quaternus

Albertus Magnus Methaphisice